 cer te definire uoluisse. Quid esset innupta. id est uirgo. ne et mere  
 trices putaremus innuptas. nulli certo matrimonio cop̄latas. Quid  
 ergo cogitat innupta & uirgo quae dñi sunt. ut sit sc̄a corpore & sp̄u.  
 ut nihil aliud esset. ut nulla merces amplior uirginem sequeretur.

Sufficeret haec & sola praelatio cogitare quae dñi sunt. statim q; doce  
 quae sit ipsa cogitatio. ut sit sc̄a corpore & sp̄u. Non nullae quippe sunt  
 uirgines carne non sp̄u. quarum corpus integrum est. & anima corrupta.

Sed illa anima uirginitas. hostia xp̄i est. Cuius nec mentem cogitatio.  
 nec carne libido maculauerit. E contrario quae nupta est. cogitat  
 quae sunt mundi. quomodo placeat uiro. sicut qui uxorem habet sollici  
 tus est quae sunt mundi quomodo placeat uxori. Sic nupta res mundi  
 cogitat quomodo placeat uiro. Nos autem non sumus de hoc mundo  
 qui in maligno positus est cuius figura praeterit. de quo dicitur ad apos  
 tolos. Si estis de hoc mundo. amaret utiq; mundus quod suum erat.

Necne forsitan putar & ur onus grauis simum castitatis nolentibus  
 imponere. statim iungit causas suadendi. et ait. hoc autem ad utilita  
 tem ur̄um dico non ut laqueum uobis iniciam. sed ad id quod honestum est.

Et intente facit seruire dño absq; ulla distractione. propriam etem greḡa.  
 Latinus sermo non explicat. quibus enim uerbis quis possit edicere.

ΠΡΟΤΟΕΥΧΗΩΝ ΚΑΙ ΕΡ ΠΑΡΕΔΡΟΝ ΤΩ ΚΡ ΠΙΩΑΤΙΕ ΠΙΕΙ

Unde & in latinis codicibus. ob translationis difficultate. hoc peni ta we  
 tus non inuenitur. ut am̄r igitur eo quod uertimus. non inponit nobis  
 a postolus laqueum nec cogit esse quod nolumus. sed suadet quod hones  
 tum est & decorum. et intente facit seruire dño. & semper esse sol  
 licitum querit expectatam paratā dñi uoluntatem. ut cum quid  
 imperauerit. quasi strenuus & armatus miles. statim impleat quod  
 praecceptum est. & hoc faciat sine ulla distentione. quae data ē secun  
 dum ecclesias ten. hominibus huius mundi ut distendantur in ea;

**U**n **S**iquis autem considerat uirginem suam id est carne lasciuire.  
 & ebullire in libidinem. nec frenare se potest. duplex q; ei incumbit



necessitas aut accipiendae coniugis aut reuendae. quod uult faciat.  
**N**on peccat si ducat uxorem. faciat inquit quod uult non quod debet non pec-  
cat si ducit uxorem. Non tamen bene facit si duxerit nam qui statuit in cor-  
de suo firmus non habens necessitatem. potestatem habens suae uolunta-  
tis. et hoc iudicauit in cor de suo seruare uirginem suam. bene facit.  
**I**gitur & qui matrimonio iungit uirginem suam. bene facit. et qui non  
iungit. melius facit. Significanter & propriè supra dixerat. Qui  
ducit uxorem non peccat. et qui seruat uirginem suam benefacit. Aliud  
est autem non peccare. aliud benefacere. Declina inquit a malo & fac bonum.  
**I**llud declinamus. hoc sequimur in altero initium. in altero perfectio est.  
**U**erum ne in eo quod dixit. & qui matrimonio iungit uirginem suam be-  
ne facit. aestimet aliquis obseruationem nostram non stare. protinus  
hoc ipsum bonum ex tenuat & obumbrat comparationem melioris. & dicit  
qui non iungit. melius facit. nisi in latrocinio fuisse & melius facit. Nu-  
quam praemisisset benefacit. Ubi autem bonum. et melius est. ibi bonum  
& melioris. non unum est premium. Et ubi non unum est premium.  
ibi utiq; dona diuersa tantum est igitur inter nuptias & uirginitatem.  
quantum non peccare & bene facere. Immo ut leuius dicam. quantum  
inter bonum. et melius. finita disputatione coniugiorum & uirginitatis.  
et inter utrumq; cauto moderamine praeceptorum. ut nec ad sinistra  
nec ad dexteram diuerteret. sed uia regia ageretur. et illud implere  
nensis multum iustus. Rursum monogamiam digamiae comparat. &  
quomodo nuptias subdiderat uirginitati. Ita digamiam primis nuptiis  
subiecit & ait.

**xx** **M**ulier a ligata est quanto tempore uir eius uiuit. Quod si dormierit  
uir eius libera est. cui uult nubat tantum in dño. **B**etior autem erit si sic  
secundum meum consilium. puto autem quod & ego spm di habeam.  
**C**oncedit secundas nuptias sed uolentibus. sed his qui se continere non possunt  
nec luxuriare. in xpō nubere uellunt. Habentes damnationem quod  
primam fidem irritam fecerunt. et hoc concedet quia multi abierunt  
retro post sathanan. ceterum beatiore inquit erunt si sic permanserint.  
**C**ontinuoq; subiungit apostolicam auctoritatem. secundum meum  
consilium. Porro ne auctoritas apostoli quasi hominis leuiter uideretur  
addidit. puto autem quod et ego spm di habeam. Ubi ad continentiam  
prouocat. ibi non hominis. sed sps di consilium est. Ubi autem nubet

pmh. r. 1. 1. 1.



di concedit ueniam. ibi non spm̄ di nominat. sed prudentiæ librat con-  
 siliū. Ita singulis relaxans. ut unusquisq; ferre potest. Iuxta hanc  
 sensum omnia illa accipienda. Nam q̄s ubi uero est mulier. uiuente  
 uiro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit uir eius. soluta  
 est a lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera si fuerit cū  
 alio uiro. Si autem mortuus fuerit uir eius. liberata est a lege ut  
 non sit adultera si fuerit cum alio uiro. sed & illud ad timotheum.  
 Uolo ergo iuueniores uel uas nubere. filios procreare. matris familias  
 esse. nullam occasionem dare aduersario maledicti gratiam. Iam  
 enim quædam conuersæ sunt retro post satanā. & reliqua huius simi-  
 lia. Quomodo enim uirginibus fornicationis periculum adputas  
 concedit & nuptias excusabilis facit quod per se petitur. Ita ea-  
 dem fornicatio concedit uiduis secunda matrimonia. melius enī  
 licet alterum & tertium. unum uirum nosse quam plurimos.  
 id est tolerabilius est uni homini prostitutam esse quam multis.  
 siquidem et illa. in euangelio samaritana. sextum maritum  
 habere se dicens. arguitur ad dno quod non sit uir eius. Vbi enim  
 numerus maritorum est. ibi uir qui proprie unus est. esse desis-  
 tit. una costa a principio in unam uxorem uersa est. et erunt duo  
 inquit in carne una. non tres. neq; quatuor. alioquin iam non  
 duo si plures. primus lamech. sanguinarius & homicida unā carnē  
 in duas diuisit uxores. fratricidium & digamiam. eadem cataclis-  
 mi poena deleuit. de altero sp̄cies. de altero septuagies septies uin-  
 dicatum est. quantum distant in numero. tantum & in crimine.  
 quam sc̄asit digamia. hinc ostenditur. quod digamus in clerum ele-  
 gi non potest. Et idem apostolus ad timotheum.

**V**idua inquit eligatur non minus lx. annorum quæ fuerit um-  
 us uiri uxor. Hic omne præceptum de his est uiduis. quæ eccl̄ae  
 pascantur a elemosinis. & idarco & asper scribitur. ut ille tantum  
 accipiant pauperum cibos. quæ iam laborare non possunt.  
 simulq; considera. quodque duos habuit uiros. & iam si anus est  
 decrepita & egens. eccl̄iae stipes non meretur accipere.

**S**i autem panis illi tollitur elemosinae. quanto magis ille pa-  
 nis qui de caelo descendit. Quem qui indigne comederit. reus  
 erit uiolati corporis & sanguinis dñi nostri ihu xpi.



Quamquam haec testimonia quae supraposui in quibus uiduis concedi-  
tur. ut si uellent denuo nubant. Quidam interpretantur super  
his uiduis. quas amissis maritis sic inuenerit fides xpi. nec conse-  
quens est. ut apostolus post baptisma uiro mortuo iubeat alteri  
nubere. Cum habentibus quoque uxores preceperit ut sic sint quasi  
non habentes. Et ob hanc causam non esse uxorum numerum defi-  
nitum. quia post baptisma xpi & iam si tertia & quarta uxor fuerit  
quasi prima reputatur. Alioquin si post baptisma primo mortuo.  
accipitur secundus. quare non secundo. & tertio. & quarto. &  
quinto. mortuus. accipiatur sextus. & reliqui. Potest enim accidere  
ut infelicitate quadam uel iudicio di. succedentes nuptias repe-  
tita adulescentula plures abiciat uiros. Etanus primo marito  
in extrema aetate uiduus est. Primus adam monogamus. secun-  
dus agamus. qui digamiam probant. exhibent tertium adam digamum quem sequentur. uerum fac ut concesserit apostolus paulus  
Secunda matrimonia eadem lege & tertia concedit & quarta. &  
quo tiens cumque uir moritur multa compellitur apostolus uelle quae  
non uult. circumcidit timotheum. rasit ipse caluitium. nudi pedalia  
exercuit. comam nutriuit & tondit in cencri. & certe castigauerat  
galatas. perumque reprehenderat. quod se propter observationes iudaicas  
agentibus separarent. quomodo igitur in caeteris ecclesiae disci-  
plinis. iudaeis iudeus. & hnicis & hnicus. & omnibus omnia factus est  
ut omnes lucrifaceret. Sic & digamiam concessit incontinentibus.  
nec nuptiarum numerum praefiniuit. ut dum uident sibi mulieres  
ita post mortem mariti secundum concedi. ut tertius quartusque  
conceditur. erubescant alterum accipere. ne trigamis & quadri-  
gamis comparentur. Ubi enim unus exciditur. nihil refert secundus  
an tertius sit. quia desinit esse monogamus.

**xxii** Omnia licent. sed non omnia expediunt. non damno digamos. immo  
ne trigamos et si dici potest. octogamos. plus aliquid inferum. & iam  
scortatorum recipio poenitentem. quid quid aequaliter licet & equali  
lance praesandum est. sed quo ad uetus nos retrahet testamentum. & in-  
cipiens ab adam in zachariam. & in helisabech peruenit. haec dem-  
de opponit perum. & caeteros apostolos. Nos quoque debemus per  
eadem currere uestigia questionum. & docere castitatem semp



operi nuptiarum fuisse prelatam; Hac de adam quidem et eua illud  
dicendum quod ante offensam in paradiso uirginis fuerint. post pecca-  
tum ex tra paradysum protinus nuptiae. deinde quod hoc ipsum inter-  
pretatur apostolus: propter hoc relinquat homo patrem & matrem &  
adheret uxori suae & erunt duo in carne una. statimq; subiungit  
sacramentum hoc magnum est. ego autem dico in xpo & in ecclesia.  
Xps in carne uirgo. in spu monogamus. unam enim habet ecclesiam.  
de qua idem apostolus. Uiri inquit diligite uxores uestras. sicut & xps  
ecclesiam; Si xps scilicet sic a se habet nullam maculam ecclesiam diligit. Uiri  
quoq; in castitate uxores suas diligant. & sciat unusquisq; uas suum pos-  
sidere in sanctificatione & honore. non in passione desiderii sicut & gentes  
quae ignorant dm. neq; enim uocauit nos dñm in mendicia sed in  
sanctificatione & honore. Exuentes nos ueterem hominem cum operi-  
bus eius. & induentes nouum hominem qui renouatur in cogitatione  
iuxta imaginem creatoris sui. Ubi non est grecus & iudeus. circum-  
cisio & preputium. barbarus & scita seruus & liber. sed omnia &  
in omnibus xps. Imago creatoris non habet copulam nuptiarum. ubi  
diuersitas sexus aufestur. & ueteri homine exuimur. et indui-  
mur nouo. ubi in xpm renascimur per uirginem. qui & natus ex uir-  
gine & renatus est. quod autem ait. crescite & multiplicamini & re-  
plete terram. Necessse fuit prius plantari siluam & crescere. ut  
esset quod deinceps possit excidi simulq; consideranda uis uerbi.  
& replete terram. nuptiae terram replent. uirginitas paradysum.  
sed & hoc intuendum dum taxat. iuxta hebraicam ueritatem  
quod cum scriptura in primo & tercio & quarto & quinto & sex-  
to die & plerisq; operibus singulorum dixit. Et uidit dñs quia bonum  
est. in secundo die hoc omnino subtraxit. nobis intellegentiam  
dereliquens. Non esse bonum duplicem numerum qui ab unione  
diuidat. & praefigurat federa nuptiarum. Unde in arca noe.  
omnia animalia quaecumq; bina ingrediuntur. immunda sunt.  
impar numerus est mundus. quamquam in duplici numero osten-  
ditur. et aliud sacramentum. quod ne in bestis quidem & in mun-  
dis aibus. digamia conprobata sit. Bina enim & bina ingrediuntur  
in munda. & septenaq; munda sunt. ut haberet nos post diluuium.  
quod de impari numero & iam dō possit offerre hostiam.





**S**iautem transferatur enoch. & seruetur in diluuium noe. non reor.  
idcirco translatum enoch quod uxorem habuerit. sed quod primus  
inuocauerit dñm. & crediderit in creatorem. De qua paulus apostolus  
in epistola ad hebreos plenissime docet. Porro noe qui quasi secun-  
da radix humani generis uabatur. utiq; cum uxore debuit & filius re-  
seruari. quamquam in hoc misterium scripturarum sit archa illa iux-  
ta apostolum petrum. tripus ecclesiae fuit. in qua octo animae saluae  
factae sunt. quando ingreditur in eam noe. tam ipse quam filii eius & uisus  
separantur uxoribus. quando uero ingrediuntur inter ram. iungunt  
paria. Et quod in archa. id est in ecclesia fuerat separatum. In mundi  
conuersatione sociatur. simulq; si archa plures habuit mansiones & in-  
dolos & bicamara & tricamara. et diuersas bestias et pro qualita-  
te animalium habitationes quoq; uel maiores uel minores. & stimo  
quod diuersitas illa mansionum. praefigurauerit ecclesiae ueritate.  
quod autem obicit nobis in secunda dñi benedictione comedendarum  
carnium licentiam datam quae in prima concessa non fuerat. Sciat quo-  
modo repudium iuxta eloquium saluatoris ab initio non dabatur. sed  
propter duritiam cordis nostri per moysen humano generi concessum e-  
st. sic & casum carnum usq; ad diluuium ignotum fuisse. Post diluuium  
autem quasi in heremo in deserto moranti populo coturnices. ita dentibus  
nostris neruos & iuris licentias carnis ingestas docet. apostolus scribens  
ad ephesios dñm proposuisse in adimplentione temporum recapitulare  
omnia. Et ad principium retrahere in christo quae sunt super caelos  
& super terram. Unde & ipse saluator in apocalypsi iohannis. Ego sum  
inquit. Aet. W. in initium & finis. Ab exordio conditionis humanae nec  
carnibus uesceretur. nec dabatur repudium. nec praepudia nobis eripi-  
ebantur. in signum hoc cursu ad diluuium usq; per uenimus. post  
diluuium autem conditionem legis quam implere nullis potuit.  
**C**arnes ingestas ad uescendum. & repudii concessa duritia. & est tellus  
circumcisionis adposita est. quasi di manus plus in nobis creauerit  
quam necesse sit. Postquam autem christus uenit in fine temporum. et  
W. reuoluit ad A. Et extremitatem retraxit ad principium. nec repu-  
dium nobis dare permittitur. nec circumcidimur. nec comedimus  
carnes. dicente apostolo. bonum uinum non bibere & carnes non co-  
medere. Uinum enim cum carnibus post diluuium dedicatum est.



Quid loquar de iabraham ut ipse adserit trigamo. qui signum fidei in circumcissione suscepit. Si imitamur uxorum illius numerum imitemur & circumcissione. neque enim in partes sectandus & in parte repudiandus est. Porro isaac unus rebecca uir. xpi praefigurat ecclesiam. & digamia sugillat lasciuiam. Si autem duas bigas uxorum & concubinarum habuit iacob. & non uult aduersarius adquiescere lippiem liam deformam atq; fetosam. sinagogae tripum p. tulisse Rachel uero pulchram & diu sterilem. ecclesiae significasse misterium.

Sciat eo tempore fecisse hoc iacob. quando erat inter assyrios & in mesopotamiam. Laban durissimo dno seruebat. quando autem in terram sciam ingredi uoluit. & in monte galaad extruxit aceruum testimonii in quo nihil inter sarcinas eius mesopotamiae possessor inuenerat. Jurans se numquam ad locum in quo seruerat reuersurum.

domino.

Et ad torrentem iacob cum angelo locutus est claudicare cepit. **ET II A<sup>CO</sup> TY NEPON.** eius semaruit. statimq; israhel sortitus est nomen. & illa quondam dilecta comux. pro qua seruerat. iuxta ethle in qua erat uirginitatis preco dñs nasciturus. a filio doloris occiditur. & consortia mesopotamiae. euangelica uicinitate moriuntur.

lu. Attus.

Miror autem cur iudam & thamar nobis proposuerit in exemplum. Nisi forte & meretricibus delectatur. aut occisum a unam. quod fratris semen in uiderit. quas inos qualem cumq; seminis fluxum absq; liberorum opere conprobemus. per spicuum est. De morse qui periclitatus esse & in diuersorio. nisi seffora quae inter preclatur. a uis filium circumcidisset. et preputium nuptiarum. Cultro euangelico desecisset. Iste nempe morse est. qui cum uidisset uisionem magnam & angelum siue dñm uel dñ loquentem in rubo. nequaquam ualuit ad eum accedere. nisi soluisset corrigiam calciamenti sui. & abieciisset uincula nuptiarum. Nec mirum hoc de amico & propeta. & legifero di. cum omnis populus accessurus ad montem syna. & di auditurus eloquium. tribus diebus scificari iussus sit & se ab uxoribus abstinere. Quod quidem scim liceat prepostere faciam. s thoriae ordinem confundere. etiam & dauid fugiente. ab acimelech. sacerdote dictum est. Si mundi sunt pueri ab uxoribus. & ille respondit ab heri & nuclus tercius. Panes enim propositionis quasi corpus xpi. de uxoribus cubilibus consurgentes edere non poterant & in transitu



contem plandum quod dixerit. Si mundus sunt pueri ab uxoribus. Unde  
et quod ad munditias corporis xpi omnis cotus immundus sit. In lege  
præcipitur quoque ut pontifex nisi uirginem non ducat uxorem. ne ui  
duam accipiat. Si eadem uirginis uiduæque conditio est. quare  
altera recipitur. altera reprobat. Et sacerdotalis uidua in domo  
iubetur sedere patris sui. nec secundum nosse matrimonium.

**S**i soror uirgo moritur sacerdotis quomodo ad patris & ad matris  
exequias. ita ad eam iubetur accedere. Si uero nupta sit. quasi ali  
ena con. Temnitur. qui uxorem duxerit. et qui plantauerit uinea  
uelut propagines filiorum prohibetur ad bella procedere. Non enim  
potest dñi seruire militiae seruus uxoris. De speculis mulierum ieu  
nantium. quasi decor poribus purissimis uirginum. luter. in taber na  
culo funditur. & in trinfecus in scuario. Tam cerubin. quam propitia  
torium. et archa testamenti. et mensa propositionis. et candelabru  
et turibulum. ex auro mundissimosunt. neque enim in scia scorum in  
ferri poterant argentum. Quid moror in morsu cum mihi propo  
situm sit. Cur sum celeriter quod dictanti. singula leuiter per stringere. &  
intellegentiae quasdam lineas ducere. Transcendam ad hiesuna  
ue qui ante dictus est auses siue ut rectius habetur in hebreo  
osee. idest saluator. ipse enim secundam epistolam iudae saluauit  
& reduxit populum isrl de aegypto & in terram re promissionibus  
induxit. hic iesus. Et statim ut uenit ad iordanem aque nuptiaru  
quae semper in lege fluerant. are factesunt. & steter. & sicis pedib.  
ac nudis populus omnis transit & uenit ad galgala. ibique secundo est  
circumcisus. quod si iuxta litteram accipimus stare penitus non potest  
**S**i enim duplex haberemus preputium. uel absensa pellicula. iterum naste  
retur. Recte secundum circumcisionem habere locum. Nunc au  
hoc significatur quod ihu cultello euangelico populum qui per deser  
tum uenerat. circumcidit cultello psrino. Ut quod in morsu filio  
ante praefigurabatur in paucis. id subiesu duce impleretur incunctis  
**S**ed & ipsa preputia in unum tumulum coacerbatam sepulta & terra  
obruta. & ablatum obprobrium aegyti. Et nomen loci galgala  
quod inter praetatur reu elatio ostendunt dum in preputio ambu  
lauit populus per desertum oculos eius fuisse cecatos. Uidea  
mus. & consequentia post euangelu circumcisionem & consecra



Reuelationis

onem. xii. lapidum in loco reuolutionis. statim pascha celebratur  
 immolatur eis agnus & scæ terre uescuntur alimentis. Egredit  
 ih̄s occurrat ei princeps militiae gladium tenens. Idest uel pro circum  
 ciso populo pugnare se monstrans. uel dissecens glutinū nuptiarum.  
 Similiter q; & morisi præceptum fuerat & huic dicitur. Solue corrigiã  
 calciamenti tui. locus enim in quo stans terra scæ est. Quia sic erat  
 dñi asmatuſ exercitus. in tubis sacerdotalib; quasi ad euangelicam  
 predicationem. sub tripo hiericho. mundus subuertitur. et ut in fini  
 ta præerem. neq; enim nunc mihi præpositū est omnia ueteris testa  
 menti aperire mysteria. Quinq; reges qui in terra re promissionis  
 ante regnabant. resistebantq; euangelico aduentu ih̄u pugnante  
 superantur. Hoc p̄ta intellectum esse perspicuum. quod ante  
 quam dñs populum suum educeret ex ægypto. & circumcideret  
 eum. uisus. odoratus. gustus. auditus. Tactusq; corporis regna  
 uerint. Et his quasi principibus fuerint uniuersa subiecta. quod  
 ih̄s ad speluncam corporis confugiens. & ad tenebrosū locū  
 ipsum ingrediens. corpus interfecit. & per id occiderentur per  
 quod ante regnabant. Verum iam tempus est ut castitatis ih̄u  
 uexillum leuem. moyses scribitur habuisse uxorem. Moyses autē  
 & dñs n̄r. & apostolus interpretantur in lege.

**H**abent moysen & p̄phetas & ab adam. usq; ad moysen. regnauit  
 peccatum. etiam super eos qui non peccauerunt. in similitudine  
 preuaricationis adæ. Nulliq; dubium est in utroq; testimonio  
 moysen enim legem significari. sicut enim legimus. quod moyses  
 idest lex. habuerit uxorem habuisse uel filios. Et si monstrare  
 potueris. uictum esse me fatear. et certe pulcherrimum terrae  
 iudæ. In pastione accipit locum. Moriturq; moyses non age  
 nario numero. qui semp̄ numerus in scripturis infaustus est.  
 In quo seruiunt. iacob. & uenditus est ioseph. & quem diligit. esau.  
 accipiens in eo quedam munera. Sed in decimo decimus laude  
 crebro diximus. sepuliturq; in thenathare idest in p̄fectissimo  
 principato siue in numero operamenti noui. ut uirginum signifi  
 cat greges. Saluatoris auxilio cooperatus in monte effraim. hoc  
 est in monte frugifero. ab aquilone montis gais. qui inter præcla  
 tur comotio. Mons enim sion latera aquilonis ciuitas magni

Ihs mortē



regis quæ opposita semper inuidiæ est. Et per singulas tempta-  
tiones dicit. mei uero penemotisunt pedes. Cumq; in sepultura  
ihū liberq; in nomine eius appellatur. expletus sit. Rursum in  
iudicium uolumine quasi uiuens resurgensq; describitur.  
Et sub ANAKERAE W CEI. Opera illius prædicantur & legitur  
Misit ih̄s populum & abierunt filii isrl̄ unusquisq; in hereditate  
suam ut possiderent terram & seruiunt populus dño cunctis die-  
bus ih̄s & cetera. Statimq; subiungitur & mortuus est ih̄s naue  
seruus dñi centum decem annorum. Porro moyses uidit tantam  
terram re promissionis & intrare non potuit & mortuus est in  
ra moab. et sepelierunt eum in ualle in terra moab. contra do-  
mum phogor. et non cognouit eum uir sepulcrum eius usq;  
in hodiernum diem. Hanc comparemus utriq; sepulturam. mor-  
ses in terra moab mortuus. & mortuus iesus in terra iudæ. Ille  
sepelitur in ualle contra domum phogor. quod interpretatur ig-  
nominia proprie quippe phogor in lingua hebreæ priapus appel-  
latur. hic in montem effraim. ab aquilone montis gas. Et hoc in uer-  
bis simplicibus semper diuinarum scripturarum sensus angusti-  
or est. quia apud iudeos gloria erat in partibus & parturitionibus.  
Et maledicta sterilis quæ non habebat semen<sup>in</sup> isrl̄. Et beatus cuius  
erat semen in sion & domestici in iherlm̄. et in benedictione maxi-  
ma ponebatur. Uxor tua sicut uitis habundans in lateribus do-  
mūstue. Filii tui sicut nouelle oliuarum in circuitu mensæ tue.  
Idcirco sepulcrum eipositum in ualle describitur. contra domum  
idoli. quod proprie libidini consecatur. Nos aut qui militamus  
sub iesu duce usq; ad presentem diem. Ignoramus ubi moyses se-  
pultus sit. Contempnimus enim phogor & omnem ignomiã  
eius. scientes quod qui in carne s. dō placere non possunt.  
Et dñs ante diluuium quoq; dixerit. Non per manebit sp̄s meus  
in hominib; istis. quia caro sunt. Quam obrem & moyses mori-  
ens plangitur a populo isrl̄. Iesus aut quasi uicturus non plan-  
gitur. Nuptiæ enim finiuntur in mostem. uirginitas post  
mostem incipit coronari. Samson quoq; perducit in medium  
nec decaluatum quondam dñi nazareum. a muliere conside-  
rat. Quilibet tripum teneat saluatoris. quod meretrix ex-

at / augustior



genibus adamarit ecclesiam. & multo plures hostium moriens  
 quam uiuus occiderit. Tamen conjugalis pudicitiae exemplum non  
 b. Et certe iste est secundum prophetiam iacob. Quidam contitus. &  
 equi pernicitate ferretur. a serpente percussus & rorsum cecidit.  
 Deborah autem et barach et uxorem habet cinei. Cur enumeret  
 prorsus non intellego. cum alio sit bellorum principes. Et sthonia  
 ordine texere. aliud figurat aliquas significari coniugii quae in  
 istis omnino non conparent. Porro quod praefest iepthe patris si  
 dem lacrimis uirginis filiae pronobis facit. Et nos enim non tam  
 uirgines saeculi quam eas quae propter xpm sunt uirgines predicamus.  
 & aplerisq; hebreorum reprehenditur pater uoti temerari quia  
 dixerit. Si tradens tradideris filio sam mon in manibus meis.  
 Omnis quicumq; exierit de domo mea in occursum mihi cum reuer  
 ti coepero in pace a filiis ammon. erit dno. & offeram illud ho  
 locaustum. Si canis inquit. si asinus occurrisset quid faceret  
 ex quo uolunt di dispensatione perfectum. ut qui in prospectu  
 uouerat. errorem uotorum filiae morte sentiret. Si autem  
 samuhel nutritus in tabernaculo duxit uxorem. quid hoc ad pra  
 iudicium pertinet uirginitatis. quasi non hodie quae plurimis  
 sacer dotes habeant matrimonia. Et apostolus episcopum describat  
 unius uxoris uirum. habentem filios cum omni castitate simulq; nos  
 cendum. quod samuhel leuita non sacerdos <sup>ne</sup> sed pontifex fuerit.  
 Unde & faciebat illi mater sua esorbad super humerale uidelicet  
 lineum. qui habitus proprius leuitarum & minoris est ordinis.  
 Unde & in psalmis non numeratur inter sacer dotes. sed inter eos  
 qui in uocant nomen dmi. moyses & aaron in sacerdotibus eius  
 & samuhel inter eos qui in uocant nomen eius. <sup>genuit</sup> Leui enim. gaath  
 gaath genuit aminadab. aminadab genuit core. core genuit. a  
 sur. asur. genuit helcana. helcana genuit sub. sub genuit. thou thou  
 genuit heliu. heliu genuit zeroam. zeroam. genuit helcana helca  
 na genuit samuhelem. Nulliq; dubium est sacer dotes. de aaron  
 et helcazer. et sinees. stirpe generatas. Quicum et ipsi uxores ha  
 buerint recte nobis opponerentur. Si errore. ex crati tarum. duc  
 ti. contenderemus matrimonia reprobanda. et non esset nr  
 pontifex. secundum ordinem melchisedech. sine patre sine matre.



ΑΙ ΕΝΕΑΛΟΙΗΓΟC hoc est sine nuptiis. & reuera magnos fruc-  
tus ex liberis samuhel capit. Ut quia ipse placuit dō tales genuerit  
quid dño displicerit. Quod si booz et ruth nobis obicit ad conproban-  
dam digamiam. sciat in euangelio obtripum ecclie. Etiam pa-  
ab meretricem in ordin e maiorum dñi enumeratam. Porro qd  
dauid centum præputis emisse. lactat uxorem nouerit illum & alias  
habuisse quam plurimas. et michol filiam saul. quam pater alteri  
tradiderat. postea recipisse. etiam senem sanamitis puellæ cale-  
factum esse complexibus. Ne hoc dico quod desis uiris quicquam de-  
trahere audeam. Sed quod aliud sit in lege uersari aliud in euange-  
lio. ille occidit uriam. cet theum. Moecus extitit in bersabe. et quia  
erat uir sanguinarius non ut pleriq; extimant propter bella. sed propt  
homicidium. Templum dñi ædificare prohibetur. Nos autem si  
unum de minimis scandali Zauerimus. et si fratri dixerimus racha  
et non recta uiderimus. expedit <sup>urtmola</sup> asinaria liget circa collum nr̄m.  
et rei erimus gehennæ. Et ad adulterium in solo nobis aspectu repu-  
tabitur. Transit ad salomonem. per quem sececint ipsa sapien-  
tia. Et cum uxorium eum di cat atq; in illius laudibus immoretur.

Miror cur non iungat et illud decantico canticorum. sexagintas  
reginæ. et octoginta concubinæ. Et adulescentulæ quarum  
non est numerus. Et illud de regnorum tercio quod septingen-  
tas habuerit uxores. & tricentas concubinas. & alias innumerabi-  
les hæ nempe sunt quæ euerterunt cor eius ad dño. Et tam-  
antequam plures haberet uxores. et carnis uitis laboretur.  
In principio regni. & adulescentiæ. exstruxit dño templum.  
Unusquisq; enim non de futuris sed de p̄sentibus iudicatur.  
Quod si salomonis illi exempla placent. iam non digamus erit.  
& trigamus. sed nisi septingentas habuerit uxores & trecentas  
concupinas. tripum eius & meritum implere non poterit.  
Obsecrote lector & id ipsum sepe com monem. ut me scias quæ  
loquor necessitate dicere. nec detrāre de his quæ in lege præ-  
cesserint. Sed ser uisse eos temporibus & conditionibus suis.  
& illam dñi implese sententiam. Crescite & multiplicami-  
ni & replæte terram.

**XXIII** Et quod his maius est futurorum tripos præbuisse. Nobis



autem quibus dicitur. tempus in collecto est. super est. ut qui  
 habent uxores sic sint quasi non habentes. Aliud præcipu e uir-  
 ginitatem a saluatore uirgine dedicari. heliam. et heliseum  
 quia stulte in ΚΑΤΑΛΟΤΩ posuerit maritorum. metacente  
 manifestum est. Si enim iohannis baptista uenit in spū & iustu-  
 te heliæ. & iohannis uirgo est. Utiq. non solum in spū eius uenit.  
 sed & iam in corporis castitate. Porro illud quod de zechia  
 commemorari potest. quamquam hoc per solita stoliditate  
 sua non uiderit. quod post uitam recuperatam. Et quinde-  
 cim annorum spatia protelata dixerit. a modo filios faciā  
 Sciāt in hebreis uoluminibus non haberi. sed legi pro hoc. pat̄ filis  
 notam facie & ueritatem tuam. Nec mirum si holda uxor.  
 sellum prophæissa consolatur ab iosia rege iudæ iam captiui-  
 tate uicina & ira dñi stillante super iertm. Cum hæc nor-  
 masit scripturarum ut deficientibus uiris sc̄is mulieres  
 in uirorum laudentur obprobria. Super fluum autem ē  
 de danhele dicere. cum hebrei usq. hodie aut uident. et illum  
 et tres pueros fuisse eunuchos. Ex illa di sententia quam  
 esaias loquitur ad zechiam. & de filiis <sup>tuis</sup> qui nascuntur ex te  
 tollent & facient eunuchos in domo regis. Rur susq. in da-  
 niel legimus. & dixit rex aspane zeth principi eunuchorū  
 ut introduce & de filiis captiuitatis israhel et de swine regio.  
 et de post hominum pueros in quibus non esset macula pulchros  
 facie & intellegentes sapientiam. Et argumentantur si de  
 semine regio electis. danhel. & tres pueri de semine regio. eu-  
 nuchos fore scriptura p̄ dixit. hos esse qui eunuchi facti sunt.  
 Si uero illud opposuerit quod in zechel dicitur. noe. Et da-  
 niel. et iob. in terra peccatrice. filios & filias liberare non  
 posse. Respondendum ē. quod iuxta he potesin. dictum sit.  
 neq. enim eo tempore. noe. et iob. erant. quos multis ante  
 seculis fuisse cognouimus. & est sensus. Si tales & tales uiri fuerint  
 in terra peccatrice. filios suos & filias liberare non poterunt.  
 quia iustitia patris non liberabit filium. nec peccatum alterius.  
 alteri reputabitur. Anima enim quecumq. peccauerit ipsa  
 moriatur. Sed & hoc dicendum. danhel iuxta historiam



libri eius. Cum ioachim rege captum eo tempore quo ezechiel  
quoque ductus est in captiuitatem. quomodo ergo potuit habere  
filios quia adhuc puer erat. Et expleto triennio introductus  
est ad regis obsequium. hac ne quis putet ezechiel iam uirum  
meminisse danhelis & non pueri. Factum est inquit in anno  
sexto regis scilicet ioachim in sexto mense. In quinta mensis &  
ego sedebam in domo mea & senes iuda sedebant coram me.  
Atque in eadem die ad eum dicitur. si fuerit noe. & danhel & iob.  
Frat igitur danhel adhuc puer. & notus in populo. uel propter inter  
pretationem somniorum regis. uel propter susannae historiam.  
Et occisionem presbiterorum. Et per spicula conprobatur. Eo  
tempore quod haec dicebant. de noe et danhel. et iob. adhuc  
parum fuisse filios danhel & filias. quos sua iustitia liberare &

fuisse danhele  
nechabgepa  
tuisse

**H**uc usque de lege. Venit ad euangelium & praepone nobis zacha  
riam & elisabeth petrum & socrum eius. & consuetudine uecordia  
non intellegit. istos quoque inter eos qui legem seruierint debuisse  
numerari. neque enim euangelium ante crucem christi est. quod pas  
sione & sanguine illius dedicatur. iuxtaquam regulam & ceteri  
apostoli. ut ei ex superfluo interim concedam. habuerunt quidam  
uxores sed quae eo tempore acceperant quo euangelium nesciebant.  
qui ad sumpti postea in apostolatam. relinquunt officium coniu  
gale. Nam cum petrus ex persona apostolorum dicat ad dominum  
**XXV** **E**cce nos omnia nostra relinquentes secuti sumus te. Respondit ei  
dominus. Amen dico uobis quoniam nemo est qui dimiserit domum aut pa  
rentes. aut fratres. aut uxorem. aut filios. propter regnum dei.  
qui non recipiat multa plura in seculo isto. et in secula uentura  
uitam aeternam. Si autem nobis illud opposuerit ad con  
bandum quod dominus apostoli uxores habuerint. Numquid  
non habemus potestatem mulieres uel uxores circumducendi  
quia **TYNH**. apud grecos utrumque significat. sicut ceteri apostoli  
& cephas & fratres domini. Legat & illud quod in grecis codicibus  
est. numquid non habemus potestatem sorores mulieres circu  
ducendi. Ex quo appareat de alius eum scis dixisse mulieribus  
quae iuxta morem iudaicum magistris de sua substantia  
ministrabant. sicut legitimus ipsi quoque domino factitatum. Nam &



19  
ordo uerborum hoc significat, Numquid non habemus potestate  
manducandi aut bibendi aut sorores mulieres circumducendi;  
Ubi de comedendo & bibendo hac de ministracione sumptuum prae-  
mittitur. Et de mulieribus sororibus sic infestur. p̄spiciū est.  
Non uxores intellegi debere. sed eas ut diximus quae de sua sub-  
stantia ministrabant. quod & in ueteri lege. de sunamite  
illa scribitur quae solitasit h̄ eliseum recipere & ponere ei m̄sa  
& panem & candelabrum & cetera. Aut certe **ΣΥΝΑΙΡΑC**  
uxores accipimus non mulieres. Id quod additur. Sorores. tol-  
lit uxores. & ostendat eas germanas in spū fuisse. non coniuges.  
quamquam excepto apostolo petro. Non sit manifeste relatū.  
de aliis apostolis quod uxores habuerint. Et cum uno scriptum sit  
hac de ceteris tacitum. intellegere debemus sine uxoribus eos  
fuisse. de quibus nihil tales scriptura significat. Et tamen ille  
qui nobis obicit Zachariam et elisabeth p̄rum & socrum eius.  
**S**ciat de zachariam & elisabeth iohannem fuisse generatum.  
Id est de nuptis uirginem. de lege euangelium. de matrimonio  
castitatem. ut a propheta uirgine. uirgo dñs & adnuntiaretur  
& baptizaretur. Possumus aut de petro dicere quod habuerit  
socrum. eo tempore quo credidit & uxorem iam non habuerit.  
Quāquam legatur **ἡ ἑστὴ ἡ ἑστὴ ἡ ἑστὴ** & uxor eius & filia. Sed nunc no-  
bis de canone omne certamen est. & quia ad apostolos pro uocauit  
quod principes disciplinae n̄rae. Et xp̄iam dogmatis duces. uir-  
gines non fuerint. ut eos interim concedamus uirgines non fu-  
isse. neque enim praeter petrum probari potest. nouerit hos esse  
apostolos. de quibus isaias uaticinetur. Nisi dñs sabahot re-  
liquisset nobis semen quasi sodoma essemus & similes gomor-  
rae fuisset. Qui ergo erant ex iudaeis. uirginitatem quā  
in iudaismo amiserant. In euangelio habere non poterant.  
**E**t tamen iohannis unus e discipulis qui minimus traditur fu-  
isse inter apostolos. Et quem fides xp̄i uirginem reppererat.  
uirgo permansit. & ideo plus amatur ad dño & recumbit super  
pectus ih̄u. Et quod petrus qui uxorem habuerat interroga-  
re non audeat. illum rogat ut interroget. Et post resurrecti-  
onem nuntiante maria magdalene quod dñs surrexisset.



uterq; currunt ad sepulcrum sed ille præuenit. Cumq; essent  
in nauis & piscarentur in lacu gennesareth. ihs staba t in lito  
re nesciebant apostoli quem uiderent solus uirgo uirginē  
recognoscit & dicit petro dñs est. Rursum post auditam sen  
tentiam quod <sup>ab</sup> alio cingendus esset & petrus & ducendus quo nollet  
& crucis illi fuisse & passio prophætata. & ille diceret dñe quid  
iste. nolens iohannem deserere cum quo semper fuerat copula  
tus. dicit ei dñs. quid ad te. si eum uolo sic esse. unde & sermo  
exiit in fratres. illum discipulum non moriturum. Ex quo  
ostenditur uirginitatem non mori. nec sordes nuptiarum  
abluere cruore martiri sed manere cum xpo. et dormitionem  
eius transitum esse non mortem. Sicut obnixè con Tenderit  
iohannem uirginem non fuisse. nos amoris præcipuæ. uirgi  
nitatem causam diximus. Exponat ille si uirgo non fuit.  
cur cæteris apostolis plus amatus sit. Ad dicit super petrum.  
fundatur ecclesiam. Licet id ipsum in alio loco super omnes  
apostolos fiat. & cuncti clauis regni celorum accipiant. et ex  
æquo super eos. ecclesie fortitudo solidetur. Tamen propter  
ea inter duodecim unus eligitur. ut capite constituto. scismatis tol  
latur occasio. Sed cur non iohannes electus est uirgo. & a t delatūe.

Quia petrus senior erat. ne adhuc adulescens & penæ puer. pro  
gressu ætatis hominibus præferetur. & magister bonus qui  
occasionem iurgii debuerat auferre discipulis & dixerat eis.

Pacem meam do uobis pacem meam relinquo uobis. Et qui uo  
luerit int̄ uos maior esse minimus omnium sit. In adulescen  
tem quem dilexerat. causam præbere uideretur inuidiæ.

Ut autem sciamus iohannem fuisse tunc puerum manifestissime  
docent ecclesiastice historia. quod usq; ad riam imperium  
uixerit. Id est post passionem dñi sexagesimo octavo anno  
dormierit. quod et nos in libro de illustribus uiris breuiter  
perstriximus. petrus apostolus est. & iohannes apostolus. ma  
ritus. & uirgo. Sed petrus tantum apostolus. iohannes & apos  
tolus. & euangelista & prophæta. Apostolus quia scripsit  
ad ecclesias & magister. & euangelista quia librum euange  
lii condidit. quod ex epto matheus. alii ex duodecim apostolis

ad riam.



patetior.

non fecerunt. propheta autem in pat. moth insula in qua fuerat  
 ad omittano principe ob dñi martirium religatus apocalypsin  
 infinita futurorum misteria continentem. Refest autem  
 ter tilianus. Quod a nerone missus infer uenit olei dolium purior  
 & uegetior exierat quam intrauerat. Sed matheus quasi de ho  
 mine incipit scribere. Liber generationis ihu xpi filii dauid  
 filii abraham. lucas a sacerdotio zachariae. marcus a propheta  
 malachiae & isaiae. Primus habet faciem hominis propt genealo  
 giam. Secundus faciem utuli propt sacerdotium. Tertius faci  
 em leonis propter uocem clamantis in deserto parate uiam dñi  
 rectas facite semitas eius. Iohannes uero noster quasi aquila ad  
 superna uolat. & a ipsum patrem per uenit dicens. In principio erat  
 uerbum. & uerbum erat apud dñm. & dñs erat uerbum hoc erat in  
 principio apud dñm. Exposuit uirginitas quod nuptia scire non  
 poterat. Et ut breui multa sermone comprehendam doceamq;  
 cuius bñdixit iohannes. immo in iohanne uirginitas ad dño  
 uirgine mater uirgo uirgini discipulo commendatur. Uerò cas so  
 labore sudamus. obicit quippe nobis aduersarius apostolicam sen  
 tentiam & ait adam primus formatus est. deinde eua. Et adā  
 non est seductus. mulier autem seducta in prauaricatione facta ē.  
 Salua autem fiet per filiorum generationem. Si per manserit infide  
 & dilectione et scificatione cum sobrietate. Consideremus cur  
 apostolus adhuc sententiam et unde per uenerit. Uolo ergo uos  
 orare in omni loco leuantes scās manus sine ira & cogitationib;  
 Consequenter itaq; mulieribus praecepta dat uitae & ait similiter  
 & mulieres in habitu ornato cum uerecundia & castitate or  
 nantes se non in tortis crinibus. aut auro uel margaritis siue  
 ueste preciosa. Sed quod decet mulieres promittentes pieta  
 tem per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni sub  
 iectione. Docere autem mulieri non permitto neq; dominari  
 in uirum sed esse in silentio. & ne uideretur mulieris dura con  
 ditio. Quae cum in marito redigeret seruitutem. Legis recor  
 datur antiq; & ad originale exemplum redit. quod adam  
 primus factus sit. Deinde mulier ex costaeus. Et quod adam  
 diabolus seducere non potuerit. sed eua. Et quod post offen



sancti. statim uero subiecta sit. Et ad maritum illius facta conuer-  
sio quodque errorem uiderem illa que semel conubio copulata est  
& redacta in conditionem uxoris. filiorum procreatione deleteret.  
ita tamen si ipsos filios erudiret in fide et dilectione xpi & sanctifica-  
one & pudicitia. Non enim ut male habetur in latinis codicibus  
sobrietas est legenda. sed castitas. id est. *Ἐὼ φ πορ ὕνη*. uide  
igitur quomodo ex hoc quoque ipso testimonio supereris et quod puta-  
bas esse pronuptus. pro uirginitatem sentire cogaris. Nam si salua-  
tur mulier per filiorum generationem. et liberorum numerus salus  
matrum est. cur addidit. si per manserint filii in fide & caritate  
& sanctificatione cum castitate. Tunc saluabitur mulier si illos  
genuerit filios. quod uirgines per manserint. si quod ipsa perdidit.  
adquirat in liberis. & damnum radicis. & cariem flore compenset  
& pomis. Supra in transitu ubi nobis aduersarius proposuerat  
salomonem multi nubum. qui templum dei exstruxit. statim respon-  
deram. ut per questiones reliquas currerem. nunc ne clamitet &  
hunc & alios in lege patriarchas prophetas & sanctos uiros a nobis esse  
temeratos. proponam huius ipsius qui multas uxores & concubinas  
habuit denuptus uoluntatem. Nemo enim melius scire potest  
quid sit uxor uel mulier. nisi ille qui passus est. Loquitur ergo  
in pro uerbis. Mulier insipiens & audax inops panis efficitur.  
Cuius panis. nempe illius qui de celo descendit. Statimque subiungit.  
Terrigine apud eam pereunt. & in profundum inferi incur runt.  
qui sunt terrigine qui apud eam pereunt. utique illi qui secuntur  
primum adam quid terra est & non secundum quid de celo est. &  
rursum in alio loco. Sicut in ligno uermis ita perdet uirum suum  
uxor sua molestifera. si autem adserueris hoc de malis dictum esse con-  
iugibus. Et ego tibi breuiter respondebo. que enim mihi incumbit  
necessitas uenire in dubium utrum mala utrum bona sit futura  
quam dixeris. Melius est inquit habitare in terra deserta quam cum  
uxore litigiosa & iracunda. Quam rarum sit uxorem sine uitiis  
his inueniri. nouit ille qui dixit uxorem. unde pulchre uariis  
geminus sublimis orator. qui non inquit litigat. celeberrima est.  
Melius est habitare in angelo tecti quam cum uxore malefica in domo  
commodi. Si domus communis mariti & uxoris. Erigit uxorem

troje.

4

malefica.



in superbia & contumeliam uiro facit: Quanto magis fictior  
 uxor fuerit & in domo eius uir manserit. Incipit enim non uxor  
 esse sed domina & uiro si offenderit migrandum est. Stallici  
 die eiciunt hominem in die mali de domo sua. Similiter & mu- his malis  
 lier maledica de propria domo. Ad sidus quippe iurgus &  
 cotidiana garrulitate facit per pluer domum eius de adibus  
 suis. Idest de ecclesia. Unde & supra ab eodem salomone precipitur.  
 fili ne perfluas. Et apostolus ad hebreos propterea inquit. I debem  
 amplius intendere his quae dicuntur. ne forte perfluamus. Illud  
 uero quis taceat. quod sub enigmate scribitur. sanguis iugae tres / facti sub 2  
 filiae erant. delectatione delectae. et iste non saturauerunt ea &  
 quarta non sufficit dicere. satis est infernus. & amor mulieris. &  
 terra quae non satiatur aqua & ignis non di. ut satis est.  
**S**i sanguis iugae diabolus est. diabolus filiae sunt dilectione dilectae  
 quae satiari inter factorum cruore non possunt. infernus. & amor  
 mulieris. & terra arenis. & ignis ex estuans. Non hic de meretrice  
 non de adultera dicitur. sed amor mulieris. Generaliter accusat.  
 quis se pinsatiabilis est. qui ex tinctus accenditur. Et post copia  
 rursum inops est. animumque uirilem effeminat. & ex epta passio-  
 ne quam sustinet. Aliud non sit cogitare. simile quidem in sequenti  
 parabola legimus. Per tria mouetur terra quae si autem non  
 potest ferre. Si seruus regnet. & stultus si saturetur pambus.  
 & odiosa uxor si habeat uirum bonum. et ancilla si eiciat domina  
 suam. Ecce et hic in malorum magnitudinem. uxor ponitur. quod  
 si responderis. sed uxor odiosa. dicam tibi quod est supra ad hoc pe-  
 riculum inminet fieri graue est. qui enim duxit uxorem. in am-  
 bigua est utrum odiosam. an amabilem ducat. Si odiosam duxerit.  
 ferri non potest. Si amabilem. amor illius inferno & amenti tra-  
 & incendio comparatur.

**XVII** Veniamus ad ecclesiasten. de ipso quoque testimonia pauca po-  
 nentes. omnibus tempus est. et tempus omni rei sub caelo. tem-  
 pus parienti. & tempus moriendi. Tempus plantandi. & tem-  
 pus euellendi. quod plantatum est. peperimus in lege cum mor-  
 sen. moriamur in euangelio cum xpo; plantauimus in nuptiis.  
 euellimus per pudicitiam quod plantatum est. Tempus an-





plexandi. et tempus longe fieri ab amplexu. Tempus amandi. et  
tempus odiendi. tempus belli. et tempus pacis. Simulq; nos  
conmonet ne legem euangelio preferamus. ne puritatem uirgini-  
tatis. nuptiis p̄dtemus & quandam. meliora sunt dicens no uis-  
si-  
ma sermo nis quam initium ei. Statimq; subiungit. ne dixeris quid  
factum est quia dies priores meliores erant quam hui. quia non  
sapienter interrogasti de hoc. & reddit causam quare dies pos-  
teriores meliores sunt quam priores. Quia bona est inquit sapi-  
entia cum hereditate. In lege enim sapientia carnis. mors sequeba-  
tur occidens. in euangelio sapientiam sapientia sp̄s hereditas  
expectat aeterna. Ecce hoc inueni dixit ecclesiastes. hominem  
unum de mille inueni. & mulierem in his omnibus non inueni.  
Verum tam repperi quod fecit hominem d̄s rectum. et ipsi quiescer-  
cogitationes malas. Rectum hominem inuenisse dicit. Con-  
siderauimus uerbi in homine. & uir & femina continentur.  
Et mulierem inquit in omnibus non inueni. Legamus principiu  
geneseos & inuenimus adam. Hoc hominem tam uirum quam  
feminam nuncupare. Cum ergo boni creati simus. & recti ad o-  
ipsi uitio nro sumus ad peiora dilapsi. Et quod in paradiso rectum  
in nobis fuerat. egredientibus de paradiso deprauatum est.  
quod si obiceris antequam peccarent. sex uirum & femina  
fuisse diuisum. et absq; peccato eos potuisse coniungi. Quid  
futurum fuerit incestum est. Neq; enim possumus discere iu-  
dicia. Et ex nostro arbitrio illius sententia pra iudicare.  
Hoc quod factum est in pro patulo e. Quod qui in paradiso uirgines p̄  
manser. eieci de paradiso copulatis. Aut quid nocuit si paradisu  
nuptias recepit. Et nulla est int̄ uirginem maritum q; diuersi-  
tas. etia si in paradiso eos ante conuenerat sociari. eiciuntur de  
paradiso. & quod ibi non fecerunt. in terra eieci de paradiso con-  
iunctis. Ut statim a principio conditionis humane uirginita-  
tem paradisu & terra nuptias dedicauerit. In omni tempore  
sunt uestimenta tua candida. Candor uestium sempit̄nuse  
e uirginitatis puritas. In matutino seminauimus semen nrm.  
Et ad uesperam non cessemus. qui seruimus in lege nuptias uir-  
ginitati in euangelio seruamus.



**XXVII** **T**ransseo ad cantica canticorum et quod aduersarius totum  
 putat esse pro nuptiis uirginitatis continere sacramenta mon  
 strabo: Audiamus quid loquatur sponsa antequam sponsus  
 ad terram ueniat patiatur inferos penetret ac resurgat. Si  
 multitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti  
 quod usque rex in recubito suo est antequam resurget & dñs. et  
 euangelium coruscet non habebat aurum sponsa sed simili  
 tudines auri. Argentum <sup>aut</sup> quod in nuptiis habere se pollicetur  
 habebat uarium atq; distinctum in uiduis continentibus ac ma  
 ritis deinde sponsus respondit ad sponsam & docet eam quod ue  
 teris legis umbra transierit. Et ueritas euangelii uenerit.

Surge ueni proxima mea sponsa mea columba mea. Quo ecce  
 hiemps transit pluuia <sup>abit</sup> abit sibi hoc de ueteri testamto

Rursum de euangelio et uirginitate. Flores uisi sunt in terra  
 tempus seronis aduenit nonne tibi uidetur id ipsum dicere  
 quod & apostolus. super est ut & qui habent uxores sic sint  
 quasi non habeant. & manifestius de pre conio castitatis uox  
 ait tur turis audita est in terra nostra. Tur turis pudicissima  
 semper habitans in sublimibus. Typus est saluatoris. Legamus  
 fisiologos & repperiemus tur turis hanc esse naturam.  
 Ut si parem perdidit alteri non iungatur. et intellegamus  
 digamiam & iam a uotis a uibus reprobari. statimq; tur  
 dicit ad tur turem ficus producit grossos suas. id est ue te  
 ris legis pcepta ceciderunt. Et de euangelio uites florent  
 dederunt odorem. Unde & apostolus. xpi bonus odor sumus.

Surge ueni <sup>uena</sup> proxima mea sponsa mea & tu ueni columba mea  
 in uelamento p & re iuxta pro murale. & ostendemih facie  
 tuam & auditam mihi fac uocem tuam. quoniam uox tua suauis  
 & facies tua speciosa. Dum tuum uultum te geres cum mor  
 se. & uelamentum esse in lege. nec faciem tuam uidebam.  
 nec uocem tuam dignabar audire dicens. Et si multiplica  
 ueritis pces nec sic exaudiam uos. Nunc autem reuelata  
 facie contem plare gloriam meam. & p & re fir missime  
 tegere pro mdrali. quod audiens sponsa ait. Aperit sacra  
 menta pudicitiae. Fratruelis meus mihi et ego illi



qui pascit inter lilia. hoc est inter uirginum candentissimas  
choras. Cui scire quale uerus salomon & pacificus noster solium  
quales habeat armigeros. Ecce ait lectus salomonis sexaginta  
potentes in circuitu eius de potentibus israel. Omnes ferentes  
frameam. edocti bellum uir gladios in femore eius. Qui in cir-  
citu salomonis sunt. gladium habent in femore sicut doctus ille  
iudex qui interfecit hostem pinguisimum & totum carnem dedi-  
tum. Omnes amputans uoluptates. Ibo inquit mihi ad montem  
mirre ad eos qui mortificauerunt corpora sua. & ad collem  
libani ad purissimos uirginum greges. & loquar sponsae meae. tota  
speciosa es proxima mea. & macula non est in te. Unde & apos-  
tolus ut exhibeat inquit sibi sanctam ecclesiam non habentem ma-  
culam neque rugam. Ueni ad libanum sponsa ueni ad libanum ueni  
& transibis ab initio fidei. a monte sanir & ermon. a cubilibus  
leonum. a montibus leopardorum. Libanus ΑΕΥΚΑC ΜΟC  
id est candor interpretatur. Ueni ergo sponsa candidissima  
de qua & alibi dicitur quae est ista quae ascendit dealbata & transit  
per uiam huius seculi ab exordio fidei & ex sanir quod interpretatur  
ardens lucerna. iuxta illud quod in salmo legimus. Lucerna  
pedibus meis uerbum tuum domine & lux semitis meis. Er-  
mon id est consecratio. & fuge leonum cubilia & leopardorum  
montes qui non possunt mutare uarietatem suam. fuge inquit  
cubilia fuge superbiam demonum. ut postquam mihi fueris con-  
secrata possim tibi dicere. uulnerasti cor meum sponsa mea soror  
mea sponsa uulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum.  
In uno ornamento collitui quod dicit huiusmodi est. Non  
repudio nuptias habes & sinistram oculum quem tibi dedi.  
propter inbecillitatem eorum qui recta uideri non possunt. Sed  
magis mihi dexter uirginitatis oculos placeat. quasi caecatus fue-  
rit. omne corpus in tenebris est. ac ne putaremus eum. amose  
carnis & nuptias significare corporeas. ilico excludit hunc sen-  
sum ait. Uulnerasti cor meum soror mea sponsa. ubi soror  
ris nomen est. suspicio omnis fidei amoris excluditur. Quae  
speciosas ubera tua auino de quibus & supra dixerat. frater uelis  
meus mihi in medio uberum meorum commorabitur.



In principali cordis ubi habeat sermodi <sup>h</sup>ospicium quam speciosa  
sunt ubera tua uino / quod istud unum est. quod sponsa  
mammas pulcherrimas facit. & pudicitia lacte secunda  
nempe illud de quo sponsus in consequentibus loquitur. bibē  
unum meum cum lacte meo. manducate proximi & bibete  
& inebriamini <sup>fr̄</sup>. Unde & apostoli dicebantur musto pleni.  
Musto inquit non uino uerū. quia unum nouum in ut res nouos  
mittitur. & non ambulabunt in uelustate littere sed in noui  
tate sp̄. hoc est unum quod cum inebria uerū. adulescentulos  
& puellas. statim uirginitatem sinit. Et in crapulam casti  
tatis eructuant. & exple tur illud uaticinium Zachariae dū  
taxat. iuxta hebreicam ueritatem. de uirginibus ecclesie profe  
rentis. Conplebuntur infantibus & puellis ludentibus plateae  
eius. Quid enim bonum eius est & quid pulchrum est. nisi fru  
mentum electorum. & unum germinans uirgines. Iste sunt  
uirgines de quibus & in xlii psalmo scriptum est. Adducentur  
regi uirgines postea proximitate eius afferentur tibi in leticia &  
& iultatione adducentur in templo regis. Sequitur. hortus  
conclusus soror mea sponsa. hortus conclusus. fons signatus.  
quod dū sum est atq. signatum. similitudinem habet matris dñi.  
matris & uirginis. Unde & in sepulchro saluatoris nouo quod  
in p̄radurissima fuerat excissum. Nec ante nec postea quis  
piam positus ē. Et tamen hec uirgo per p̄ua multarum mat̄  
est uirginum. Sequitur enim. emissionis tuae paradysus  
mala granatarum cum fructum pomorum. in malo granatis  
& pomis. omnium uirtutum significatur in uirginitate con  
ceptus. frater uelis meus candidus & rubicundus. candidus in  
uirginitate. rubicundus in martirio. & quia rubicundus  
& candidus est. ideo statim additur. Cut tur eius dulcedi  
nis & totus concupisabilis. sponsus uirgo. laudatur ab sponsa  
uirgine. laudat uicissim & uirginem sponsus. & dicit ei.  
Speciosi facti sunt gressus tui in calciamentis filiorum ami  
nadab. quod inter p̄rat' populi spontese offerentis. Vir  
ginitas enim uoluntaria est. & ideo gressus ecclesie in cas  
tatis pulcritudine conlaudantur. Non est huius tempo



ris in morem commentarii Omnia decantatis cantorum uirgi-  
nitatis pandere sacramenta quia & hec ipsa fastidioso lectori-  
nares contractura non ambigo.

**XXVIII** **L**oquatur isaias spei nostra fidei q; misterium. Ecce uirgo in  
utero concipiet et pariet filium et uocabis nomen eius em manu  
hel. Scio iudeos opponere solere in hebreo uerbo ahatma  
non uirginem sonare sed ulescentulam & reuera uirgo propri-  
betmola appellatur. adulescentula autem uel puella non  
ahatma dicitur sed nasdara. Quid est igitur quod significat  
ahatma abscondita uirginem. id est non solum uirginem  
sed cum epitaci uirginem quia non omnis abscondita e uirgo  
nec ab hominum fortuitam separata conspectu. Deniq; & re-  
becca in genesi ob nimiam castitatem ecclesie typum quem  
in sua uirginitate signabat. ahatma scribitur non betula  
sicut manifestum esse poterit ex sermonibus pueri abraham  
quos loquitur in mesopotamia. Et dixit dn̄s dn̄i mei  
habraham si tu dirigis uiam meam per quam ego ingredior.  
Ecce cum stetero super fontem aque uirgo que egreditur  
ut auriet aquam & dixerit ad eam. Da mihi paululum aq;  
ut bibam de dria tua et responderit et tubibe & camelis  
tuis auriam. Haec erit uxor quam pparauit dn̄s filio  
dn̄i mei. In eoloco enim in quo ait uirgo que egreditur ut au-  
riat aquam in hebreo scriptum est ahatma id est uirgo se-  
creta & nimia parentum diligentia custodita. Aut certe os-  
tendant mihi iudei ubi hoc uerbum appellentur & nupte  
& imperitiam confitebor. Ecce uirgo concipiet et pariet  
filium. Sinon preferatur nuptis uirginitis. sp̄s sc̄i cur ma-  
ritam cur ueliam nonelegit. Nam illo tempore erat &  
anna filia fanuelis de tribu aser insignis pudicitiae & semp  
uacans orationibus & ieiuniis in templo d̄i. Si conuersatio  
tantum & bona opera & ieiunia absq; uirginitate sp̄s sc̄i ad  
semeretur aduentum. potuit ista mater esse dn̄i. Cur ram  
ad reliqua spreuit te inquit & dispexit uirgo filia non.  
quam filiam dixerat appellauit & uirginem nesi in totum  
eam filiam nominasset. arbitraretur & nupta. haec est uirgo

Abēhula

Thaaya

MITACI



filia ad quam alibi dicitur. *Legare sterilis quae non parit erūpe & clama. n̄ parit.*  
 quō plures filii deserūt magis quam eius quae habet uirum.  
 Ista est de qua per hieremiam loquitur d̄s. Numquid obli-  
 uiscetur sponsa ornamentis suis aut uirgo fasciae pectoralis  
 suae. De hac in eadem profecia grande miraculum est. quia fe-  
 mina circum dederit uirum. Et uniuersitas parentem uirginis  
 uenter incluserit. Istō inquit nuptiarum et uirginitatis sit  
 diuersa conditio. Quid ad hoc potes dicere. si uirgo & uidua  
 fuerint baptizatae. & ita per manserint. quae erit inter utraq;  
 diuersitas. quod de petro & iohanne. anna & maria dudum  
 diximus hoc p̄senti loco proficiat. Si enim inter uirginem et  
 uiduam baptizatas. nihil inter est. quia baptisma nouum  
 hominem facit. eadem condicione. & scorta atq; prostibula.  
 si fuerint baptizatae. uirginibus coaquantur. Si enim preterita  
 nuptiae nihil nocent uiduae baptizatae. & preterita in mere-  
 tricibus uoluptatis. expositaq; corpora publice libidini. post  
 lauacrum uirginitatis premia consequentur. Aliud est pu-  
 rissimam mentem & nulla recordatione pollutam d̄o iungere.  
 Aliud meminisse amplexuum uiri fedae necessitatis. Et quod  
 corpore non agas recordatione. Similare non possis. hieremi-  
 as quis scificatus in utero est & cognitus in uulua matris. Ideo hoc  
 priuilegio fruitur. quia uirginitatis erat beatitudini destinatus.  
 Et cum omnes capti sunt. uasa quoq; templi babilonia uastan-  
 te direpta. iste solus liber ab hostibus est immōnis. & captiuita-  
 tis nescit iniurias. & a uictoribus accipit stipendia. Et nabu-  
 zardan. cui descis scōꝝ nabuchodonosor non preceperat. prece-  
 pit de hieremia. Hoc est enim uerum templum d̄i. & haec sc̄a  
 scōꝝ. quae uirginitatis puritatem d̄no consecrantur. At e-  
 contrario ezechiel. qui captiuus tenebatur in babilonia. qui  
 tempestatem ab aquilone uenientem uiderat. et turbinem  
 cuncta rapientem. ait. mortua est uxor mea ad uesperam &  
 feci mane sicut preceptum mihi erat. Predixerat enim ei d̄s  
 quod in die illa apperiret os eius. & loqueretur & non taceret  
 amplius. Diligenter adtende. donec uxor uiueret. non habebat  
 libertatem populum commonendi. moritur uxor. & coniuga



le uinculum soluitur. Et absq; ulla trepidatione semper in of-  
ficio proph&ali est. Qui enim liber uocatus ē. uere seruus ē xpi.  
**N**on nego beatas esse uiduas qui ita post baptismō manserint.  
nec illarum detraho meritō q̄ uiris incastitate perdurant.  
**S**ed sicuti hae maioris apud dñm prae misunt quam nuptae con-  
iugali officio seruientis. Ita & ipse aequo patiantur animo uir-  
ginitatem sibi preferendo. Si enim illas sera pudicitia post  
desponsatas corporis uoluptates erigit contra maritas.  
**C**ur non infra perpetuam castitatem esse senouerit.  
**F**rustra inquit haec loqueris. quia episcopi & presbiteri & dia-  
cones. unus uxoris uiri & habentes filios. ab apostolo constitu-  
untur. quomodo de uirginib; apostolus paulus dicit. Senon ha-  
bere preceptum & tamen dat consilium tam quam misericor-  
diam consecutus ad dño. & hoc agit in omni illa disputatione  
ut uirginitatem p̄ferat matrimonio. et suadet quod impera-  
re non audeat. ne micere uideatur laqueum. et plus imponere  
ponderis quam potest hominum sustinere natura. Ita & in ec-  
clesiastico ordine constituendo. quia rudis ex gentib; consti-  
tuebatur ecclesia. leuora nuper credentibus dat precepta ne-  
territi ferre non possent. Deniq; & apostoli & seniores  
de hierosolimis litteras mittunt. ut non amplius imponatur  
honoris in his quid gentib; crederunt. nisi ut abstinant se ab  
idolatria. & a fornicatione. & a sanguine. & a suffocatis. &  
quasi paruulis atq; infantibus lac potum dant. non solidum  
cibum. nec precipiunt de continentia. nec de uirginitate sig-  
nificant. nec adieunia prouocant. neq; dicunt illud quod in  
euangelio ad apostolos dirigitur. nec habeant duas tunicas. neq;  
peram. neq; aes in zonis. uirga in manu. calciamenta in pedibus.  
**A**ut certe illud siuis p̄fectus ē. uade uende omnia bona tua &  
da pauperibus & ueni sequereme. Si enim adulescens ille qui se  
iactitauerat cuncta fecisse quae legis sunt. audiens hoc tris-  
tior abiit quia habebat possessiones multas. Et pharisei  
huiusmodi dñi sententia subsannabant. quanto magis tanta  
gentium multitudo cui summa uirtus erat. alia non rapere.  
**N**ec habebat ne cesse dare preceptum de castitate. & continentia.



sempiterna quibus scribebatur ut abstinerent se ab idolis & a fornicatione & a sanguine & a suffocatis & in quibus audi-ebatur fornicatio & talis fornicatio qualis nec inter gentes quidem est.

XXX

**S**ed & ipsa episcopalis electio mecum facit. Non enim dicitur eligatur episcopus qui unam ducat uxorem: & filios in omni subdita disciplina. Certe confiteris non posse esse episcopum qui in episcopato filios faciat. Alioquin si deprehensus fuerit non quasi uir tenebitur sed quasi adulter damnabitur. Aut permitte sacerdotibus exercere opera nuptiarum ut idem sint uirgines quod mariti aut si sacerdotibus uxores non liceat tangere in eos sci sunt quia imitantur pudicitiam uirginem. Sed & hoc inferendum si laicus & quicumque fidelis orare non potest nisi uacet ab officio conjugalis sacerdoti cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia semper orandum est: Si semper orandum est ergo semper carendum matrimonio. Nam & in ueteri lege pro populo hostias offerebant non solum in domibus suis non erant sed & iam purificabantur ad tempus ab uxoribus separati & uinum & siceram non bibant quae solent libidinem pro-uocare. Eliguntur mariti in sacerdotum. Non nego quia nisi tanti uirgines quanti sunt necessarij sacerdotes. Numquid quia in exercitu fortissimus quisque eligendus est. Idcirco non adsumuntur & infirmiores cum omnes fortes esse non possint. Si exercitus uiribus tantum staret & non etiam numero militum abicerentur inbecilliores. Nunc & secundarum & terciarum uirium gradus adsumitur ut turba numero exercitus compleatur. Et quo modo iniquis frequenter in ordinatione sacerdotali. Sacerdos uirgo nec legitur & maritus adsumitur quia forte & cetera opera uirginitati non habet congruentia. Aut uirgo putatur & non est. aut est uirginitatis infamis. aut certe ipsa uirginitas ei parit superbiam & dum sibi adplaudit de sola corporis castitate uirtutes ceteras negligit. Non fouet pauperes. aut pecuniae cupidior est. Euenit interdum ut tristior uultus adductum supercilium. Incessus pompae ferulis suis offendat populum. Et qui nihil habet quod

& filios faciat  
sed qui una abuisti  
uxorem.

sim.



reprehendat inuita habitum solumoderit & incessum mul-  
ti eliguntur non a moresui sed alterius odio. Implerisq; suffra-  
gium meretur sola simplicitas & alterius prudentia & calli-  
ditate quasi malitia opponitur. Non numquam errat uulgi  
plebisq; iudicium & in sacerdotibus conprobandis unusquisq;  
suis moribus fauet ut non tam bonum quam suis similem qua-  
rant praepositum. Euent aliquotiens ut marique pars ma-  
ior in populo e mariti quasi sibi adplaudant. et in eos se arbitrent  
minores non esse uirginibus. Si mariti uirgini praefertant.  
Dicam aliquid quod forsitan cum offensa multorum dicitur  
uisum. sed boni non mihi irascentur quia eos peccati conscientia  
non inor debet. interdum hoc & pontificum uitio accidit. Quinon  
meliores. sed largiores in clerum allegunt. & simplices  
quosq; atq; innocentes in habiles putant. uel ad finibus & cog-  
natis quasi terrene milie officia largiuntur. Si uel de bitum  
obediunt iussionis. quodq; his peius est illis clericatus gradum  
donant. quorum sint obsequis delimiti. alioquin si iuxta sen-  
tentiam apostoli non erunt episcopi nisi mariti ipse apostolus  
episcopus esse non debuit. quid dixit. uolo autem omnes sic e ut ego sum.  
Et iohannes indignus hoc gradu estimabitur. & omnes uirgines  
& continentis quibus quasi pulcherrimis gemmis. ecclesie moni-  
le decoratur. episcopus & presbiter & diaconus. non sunt merito-  
rum nomina. sed officiorum. Nec dicitur. Siquis episcopatu  
desiderat bonum gradum desiderat. sed bonum opus desiderat.  
Quod in maiori ordine constitutus possit si uelit occasionem ex-  
ercendarum habere uirtutum. Oportet ergo episcopum in  
reprehensibilem esse. ut nulli uitio mancipatus sit. unius uxo-  
ris uirum. qui unam uxorem habuerit. non habeat sobriu-  
sive ut melius in greco dicitur. uigilantem. id est NEΦΑΛΙΟΝ  
ΚΕΦΑΛΟΝ pudicum. hoc enim significat ΚΕΦΑΛΟΝ  
ornatum & caritate & moribus hospitale. ut imitetur a-  
braham. Et cum peregrinis immo in peregrinis. xpm susci-  
piat doctorem. Nihil enim prodest conscientiam uirtutu  
frui. nisi & creditum sibi populum possit instruere. ut ualeat  
exortari in doctrina & eos qui contradicunt redarguere.



Non uiolentum quia qui semper in seis scorum est & offert<sup>b</sup> ofi-  
 as uinum & siceram non bibat. Non uiolentum quia in uino  
 luxuria. Non uiolentum sic bibat ep̄s ut an biberit ignoretur.

Non percussorem. id est qui conscientias. Non percutiat singulorū.  
 neq; pugilem. describit sermo apostolicus sed pontificem instituit.  
 Quid facere non debere docet nunc in religione quid faciat sed  
 modestum. non litigiosum. non cupidum. domum suam bene  
 regentem. filios habentem. subditos cū omni castitate. Unde  
 † dicitur in ep̄scopo ut si filius eius impudicus.  
 quanta pudicitia fuerint. ipse ep̄scopus esse non possit.

Et eodem uitio offendat dñm quo offendit heli pontifex qui  
 corripuerat quidem filios sed qui non abiecerat delinquen-  
 tes. rē rorsum cecidit & mortuus est. Lucerna di ante quā  
 extingueretur. uulieres similiter pudicas & reliqua.

In omni gradu & sexu tenet pudicitia principatum. Cernis  
 igitur quod ep̄scopus presbiter & diaconus. non ideo sint bea-  
 ti qui ep̄scopi uel presbiteri aut diacones. sed si iustitias  
 habuerint nominum suorum & officiorum. Alioquin si dia-  
 conus sanctior ep̄s suo fuerit. num ex eo quod inferiori gra-  
 du est. apud xpm dērior erit. absit. Aut stephanus chaco-  
 nus qui primus martirio coronatus est. Minor futurus ē  
 in regno celoꝝ multis ep̄scopis & timotheo aut tito quos &  
 subicere non audeo ita nec ante ponere. quomodo in legio-  
 nibus. & in exercitu sunt duces sunt tribuni. sunt centuri-  
 ones. sunt ferentarii. hac leuis armaturæ. & miles grega-  
 rius & manipuli. commissaq; pugna<sup>nomina</sup> uocant dignitatum.  
 & sola fortitudo queritur. Ita in hoc campo & prelio quo  
 contra demones dimicamus. non querentur nomina sed o-  
 pera. & gloriosior ille sub uero imperatore xpo. Non  
 qui nobilior sed qui fortior est. At dicis; Si omnes uirgines  
 fuerint. quomodo stabit hominum genus. Barbari referā.  
 si omnes uiduæ fuerint. uel in matrimonio continentēs.  
 quomodo stirpis mortalium propagabitur. hac ratione  
 nihil omnino erit. ne aliud esse desistat. uerbi gratia sic unc-  
 ti philosophi sint. agricolæ non erunt. quid loquar de agri-  
 colis. non oratores. non iuris consulti. non reliquarum.



artium preceptores. Si uniuersi principes quierit miles. si om  
caput cuius uocabuntur caput cum cetera membra defuerint.  
& uis ne si uirginitatem plures adpeterent. cessent esse lupa  
naria cessent adultera. ne infantes in urbibus uillisq; non  
uagiant. cotidie moecorum sanguis effunditur. adulte  
ria damnantur. Et inter ipsas leges & secures hac tribu  
nalia flagrans libido dominatur. Nolimus uere ne omnes  
uirgines fiant. Difficilis res est uirginitas. et ideo rara quia  
difficilis.

**XXXI** Multi uocati pauci uero electi. Cupere plurimorum est. per  
seuerare paucorum. Unde & grande premium eorum qui  
perseuerauerint si omnes esse uirgines possent. numquam  
& dñs diceret qui potest capere capiat. Et apostolus in  
persuadendo trepidauit de uirginibus autem preceptum dñi  
non habeo. Et cur inquit creatasunt genitalia & sic a condi  
tore sapientissimo fabricatisumus. ut mutuum nostri patia  
mur ardorem. & gesti amus. naturalem copulam pericli  
tamus responsionis uerecundia. et quasi inter duos scopulos  
& quasdam necessitatis & pudicitiae. *Ὑ ΜΙΤΑΝΓΑΔΑΕ*  
Hinc atq; inde uel pudoris uel cause naufragium sustinemus.  
Si ad proposita respondeamus pudore suffundimur. si pudor  
imperarit silentium. quasi de loco uidebimur. & edere & aduer  
sario ferendi occasionem dare. Melius tamen ē clausis ut  
dicitur oculis andabatarum more pugnare. <sup>qua</sup> non directa  
spicula dirpea repellere ueritatis poteram quidem dicere.  
quo modo posterior pars corporis & meatus per quem alui  
stercora digerentur obligatus est ab oculis. & quasi poster  
gum positus. Ita & hic qui sub uentre est addigerendos hu  
mores & potus quibus uena corporis inrigantur adō con  
ditus est. Sed quo ipsa archana & genitalium fabrica & nra  
feminarum que discretio est & receptacula uulue ad sus  
cipiendos & coalendos foetos condita sexus differentiam pre  
dicant. hoc breuiter respondebo. Numquam ergo cessent  
alibidine ne frustra huiusmodi membra portem. Cur enim  
se maritus abstinere ab uxore. cur casta uidua perseueret.

uigierit

adultera.

curfda

ludo

organā.



si ad hoc tantum nati sumus ut peccatum more uiuamus aut  
 quid mihi nocebit si cum uxore mea alius concubuerit. quo  
 modo enim dentium officium est manducare & maluum eaque  
 sunt massata transmittere & non habet crimen qui coniugi meae  
 panem dederit. Ita si genitalium hoc est officium ut semper fruatur  
 naturasua. meam lassitudinem alterius uires superant & uxo  
 ris ut ita dixerim ardentissimam gulam fortuita libidore stinguat.  
 Quid sibi autem uult apostolus ut ad continentiam cohortetur. Si  
 contra naturam est. Quid ipse dominus qui enuchorum precipit uarieta  
 tes. Certe apostolus qui ad suam nos prouocabat pudicitiam debet  
 constanter audire. cur portas uere trum opauit. cur a sexu femina  
 rum barbatus. aliaque membrorum qualitate distingueris. tu non  
 intumescunt papillae non dilatantur renes. non pectus ardetur. Uox  
 ob sollemior est. sermo ferocior. hirsutus supercilium. Frustra haec  
 omnia uirorum habes. si complexum non uideris feminarum. con  
 pellor aliquid loqui & insipiens fieri. sed uos me loqui audeam  
 coegit. Dominus noster atque saluator qui cum in forma dei esset  
 formam serui dignatus est adsumere. factus oboediens  
 deo patri usque ad mortem <sup>et morte.</sup> crucis. Quid necesse erat ut in his  
 membris nasceretur quibus usus non erat. qui ceste ut  
 sexum ostenderet etiam circumcisus est. Cur iohanne  
 apostolum & baptisam sua dilectione castrabit. Quos ui  
 ros nasci fecerat qui in christum credimus. nisi sectemur exempla  
 et si non ueramus illum iuxta carnem. Sed iam nunc non noui  
 mus eum secundum carnem. Certe in resurrectione eadem  
 erit corporum substantia qua nunc utimur. licet auctior  
 gloria. Nam & saluator intantum ipsum corpus habuit  
 post inferos in quo & crucifixus est. ut manus perforatus clausus  
 & lateris uulnus ostenderet. porro si clausus ingressus est  
 ostis. quod humanorum corporum natura non patitur.  
 Ergo & patrum & dominum negauimus uera habuisse habuisse  
 corpora quia ambulauerunt super aquas. quod contra naturam  
 est. in resurrectione mortuorum non nubent neque nubent.  
 Sed si miles erunt angelis. quod tales postea in caelis futuris.  
 Hoc uirgines interra esse coeperunt. Si angelorum nobis

manfa



similitudo promittitur. Inter angelos autē non est sexus diuer-  
sitas ut sine sexu erimus quod angelis sunt. Aut certe quod li-  
quido comprobatur. resurgentes in proprio sexu. sexus non  
fungemur officio: Verum quod agimus argumentis &  
propositiones aduersari callida cupimus responsione supe-  
rera transierunt & ecce facta sunt omnia noua. [rare]

**XXII** Curram per apostolorum sententias & quomodo in salomo-  
nis exemplis breues exposita unguulas subdidi ob intellegen-  
di difficultatem. ita & nunc castitatis continentiae xpiane  
exempla replicabo. & de multis testimoniis quasi unū corpus  
efficiam. quo & nihil quod ad pudicitiam pestinet. prae-  
mit tam & nimiae prolixitatis declinem fastidium.

Scribit inter cetera paulus apostolus ad romanos. Quem ergo  
fructum habuistis tunc <sup>in his</sup> in quibus nunc erubescitis? Nam  
finis illorum mors est. nunc uero liberati a peccato serui autē  
facti dō habetis fructum ur̄m in scificatione. finem uero.  
uitam aeternam. Puto quod & nuptiarum finis mors sit.  
fructus autē scificationis. qui uel ad uirginitatem uel ad conti-  
nentiam pertinet. uita pensatur aeterna. ac deinde. itaq;  
fr̄s mei & uos mortificati estis legi per corpus xpi. ut sitis alie-  
rius qui ex mortuis resurrexit. ut fructificemus dō.

Cum enim essemus in carne. passionēs peccatorum quae  
per legem erant. operabantur in membris nr̄is. ut fructifi-  
carent morti. Nunc <sup>autē</sup> soluti sumus a legemortis in qua de-  
tinebamur. ut seruiamus in nouitate sp̄s & non in uetustate  
litterae. Cum inquit essemus in carne non in nouitate  
sp̄s sed in uetustate litterae. faciebamus ea quae carnis  
erant & fructificabamus morti. Nunc autem quia mor-  
tuis sumus legi p̄ corpus xpi. fructificemus dō & simus ei  
qui ex mortuis resurrexit. Nec non & in alio loco cum p̄-  
dixisset. scio quia lex spiritalis ē. & de uolentia carnis quod  
crebro nos impellat facere quod nolumus. Latius <sup>u</sup> disputasset.  
ad extremum intulit. Infelix ego homo qui me liberabit  
de corpore mortis huius. gratia di per ih̄m xpm dñm n̄m.  
Et iterum. Igitur ego ipse mente seruo legi di. carne autē



legi peccati. & nihil damnationis est <sup>hinc</sup> istis qui sunt in xpo ihu. qui non secundum carnem ambulant. Lex enim sps in xpo ihu liberauit me a lege peccati & mortis. ac manifestius in consequentibus docet xpianos non ambulare secundum carnem sed secundum spm dicens. qui enim secundum carnem sunt quæ sunt carnis sapiunt. Qui uero secundum spm quæ sunt sps sentiunt. Nam prudentia carnis mors est. prudentia autem sps. uita & pax. Quo prudentia carnis inimica e in dnm legi enim di non subicitur nec potest. Qui autem in carnes do placere non possunt. Vos autem in carne non estis. sed in spu. Si tamen sps di habitat in uobis & reliqua usq; ad illum locum in quo ait. Ergo frs debitor es sumus non carni ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis mori emini. Si autem <sup>spu</sup> facta carnis mortificatis uiuetis; quicumq; enim spu di aguntur. hi filii di sunt;

Si prudentia carnis inimica e in dnm. et qui in carnesunt do placere non possunt. Arbitror & eos qui seruiunt officio con iugali. quod prudentiam carnis diligant & in carnesint. a qua retrahens nos apostolus & iungens spu deinceps loquitur.

Obsecro uos fratres per misericordiam di. ut exhibeatis corpora ustra hostiam uiuentem scam do placentem rationabilem obsequium uestrum; Et nolite confirmari huic seculo. sed reformamini in nouitate sensus uiri. ut probetis quæ sit uoluntas di bona & <sup>benig.</sup> placens et perfecta. Dico enim per gratiam quæ data est mihi omnibus qui sunt inter uos. non plus sapere quam oportet sapere. sed sapere ad pudicitiam <sup>non</sup> ad sobrietatem. ut male in latinis codicibus legitur. sed sapere inquit ad pudicitiam. si quidem grece scriptum est. ΕΙΣΤΟ ΟΥΦΡΟΝΕΝ. apostoli sententiam consideremus. reformamini inquit in nouitate sensus uiri. ut probetis quæ sit uoluntas di placens & perfecta. quod dicit huiusmodi est. concedit quidem di nuptias concedit digamiam. Et sine esse fuerit fornicationi & adulterio. prefest trigamiam; Sed nos qui cor pora nostra exhibere debemus. hostiam uiuam scam do placentem. rationa



bilem obsequium nr̄m. Non quid condat d̄s. sed quid uelit.  
consideremus. ut probemus quæsit uoluntas d̄i bona & placens  
& perfecta. Ergo quod concedit. nec bonum. nec placens ē.  
nec perfectum. Redditq; causas cur hoc suadeat. Scientes  
tempus quia hora est. iam nos desomno surgere. Nunc  
enim propior est nostra salus. quam cum credidimus.

Nox precessit dies autem adpropinquabit. Et in extremo in  
duimini dnm̄ ih̄m̄ xp̄m̄. & carnis curam. ne feceritis in deside-  
rus. Aliud est uoluntas d̄i. aliud indulgentiam. Unde ad  
corinthios scribens ait. Et ego fr̄s non potui uobis loqui sicut  
spiritalibus. sed sicut carnalibus. Sicut paruulis in xp̄o lac  
uobis potum dedi. non escam. nec dum enim poteratis. sed neq;  
adhuc potestis. adhuc enim carnales estis. Qui animalis est & non  
recipit ea quæ sp̄s d̄i sunt. stultitia enim illi est. nec potest  
intelligere quia spiritaliter diiudicatur.

**XXXIII** | Sicut non perfecto castitatis cibo. sed rudi nuptiarum lacte  
nutritur. Sicut per hominem mors. sic & per hominem  
resurrectio mortuorum. Quomodo in adam omnes mo-  
rimur. sic in xp̄o omnes uiuificamur. Serui uimus in lege  
ueteri adam. seruiamus in euangelio nouo adam. Fac-  
tus est enim primus homo adam in animam uiuentem. &  
nouissimus adam in sp̄u uiuificantem. Primus homo  
de terra terrenus. secundus homo de caelo caelestis. Qua-  
lis terrenus talis & terreni. & qualis caelestis. tales & cae-  
lestes. Sicut portauimus imaginem terreni. portamus  
& imaginem caelestis. Hoc autem dico fratres. quia caro &  
sanguis regnum d̄i possidere non possunt. neq; corruptio  
in corruptionem hereditabit. Hoc tamē clarē ut nulla ex-  
positione. queat manifestius fieri. Caro inquit & sanguis  
regnum d̄i possidere non possunt. neq; corruptio in corrupti-  
onem. Si corruptio ad omnem cotum pertinet. incor-  
ruptio autem proprie castitatis est. premia pudicitiae  
nuptiae possidere non possunt. Scimus enim quō sit terrena  
domus huius habitationis destructa fuerit. ædificationem  
habeamus ex dō. Domum absq; manu factam. sep̄ iter nam



in caelis. In quo ingemescimus. habitaculum nostrum quod  
 de caelo est. super induere desiderantes. cupimus enim egre-  
 di de corpore & habitare cum xpo. Propter quod & studio-  
 sissimè nitimur siue in corpore siue extra corpus placere  
 deo. Et ut plenius exponeret quales nos esse uelit. in alio loco  
 docet & dicens. disponit enim uos uniuerso uirginem castam  
 exhibet xpo. quod si ad totam ecclesiam credentium uolue-  
 rit referre. & in hac disputatione xpi. & maritus & digi-  
 mos & uiduas & uirgines contineri. hoc quoque pro nobis facit.

disponit enim

Nam dum omnes ad pudicitiam & premium uirginitatis in-  
 uitat. ostendit cunctis gradibus uirginitatem esse potiorè.

Rursumque ad galatas. ex operibus inquit legis non iustificabitur  
 omnis caro. Opera legis & nuptiae sunt. unde & maledicunt  
 in ea quae non habent filios. quae si conceduntur & iam in e-  
 uangelio. aliud est indulgentiam infirmitati tribuere.  
 aliud uirginitatis praemia polliceri. Dicam & lego nuptioribus  
 meis. qui post castitatem & diutinam continentiam subant  
 ad coitum. & postmodum more lasciuunt. Sic insipientes  
 estis. cum inciperitis spū. nunc carne consummamini.

Tanta passi estis sine causa. sitamen sine causa. Apostolos quod  
 continentiae quibusdam nodos relaxat & dimittit frena  
 currentibus. Propter infirmitatem carnis hoc facit. Con-  
 tra quam scribens denuo loquitur. Dico autem. spū. ambulate.  
 & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit con-  
 tra spū. et spū. contra carnem. Non necesse est nunc de ope-  
 ribus carnis dicere. quia & longum est. & facile potest. de apos-  
 toli epistula sumere quae uoluerit. Dicam tantum de spū.  
 cuius fructus sunt. caritas. gaudium. pax. longanimitas. be-  
 nignitas. bonitas. fides. mansuetudo. continentia.

qui

Omnes uirginitates spū. quasi solidissimum fundamentum. Et  
 sublime culmen. continentia sustentat & protegit. aduer-  
 sum huiusmodi non est lex. Qui autem sunt xpi carnem  
 suam crucifixerunt cum uitiis & desideris.

Si uiuimus spū. ambulemus & spū. Quicum xpo carnem nostram  
 & passionis eius desideria crucifiximus. Quid rursum ea



quae carnis sunt agere cupimus. Quodcumque semina uerit homo.  
hoc & metet. qui seminat in carne sua de carne & metet  
corruptionem. Qui autem seminat in spiritu de spiritu & metet  
uitam aeternam. Aestimo quod qui uxorem habet quando  
reuestitur ad id ipsum ne temptet eum sathanas in carne  
seminat & non in spiritu. qui autem in carne seminat non ego  
sed apostolus loquitur. quod metat corruptionem. Elegit  
nos in christo deus pater ante constitutionem mundi ut essemus  
sani & immaculati coram eo. ambulabimus in concupiscentiis  
carnis facientes uoluptates eius. & cogitationum. & sumus filii  
irae sicut & ceteri. Nunc autem conresuscitabit & conseruet  
nos in caelestibus in christo ihesu ut deponamus secundum priorum  
conuersationem ueterem hominem qui corrumpitur iuxta  
desideria erroris. & aptari nobis possit illa benedictio quam misit  
tica ad ephesios epistula talis sine concludit. Gratia cum omnibus  
qui diligunt dominum ihesum in incorruptione. Quo conuersatio  
nostra in caelis est. unde & saluatorem expectamus dominum ihesum  
christum. qui transfigurabit corpus humilitatis nostrae conformem  
mem corporis gloriae suae. Quaecumque ergo sunt uera quaecumque  
pudica quaecumque iusta quaecumque ad castitatem pertinen-  
tia. his copulemur. haec sequamur. Reconciliavit nos christus  
in corpore suo deo patri per mortem suam. Et exhibuit sese in  
immaculatos. & absque ulla reprehensione in quo &  
circumcisi sumus. Circumcisione non manufacta in expoliati-  
one corporis carnis. sed in circumcisione christi consepulti ei in bap-  
tismo in quo & conresurreximus. Si ergo surreximus cum  
christo. ea quae sursum sunt quaeramus ubi christus est in dextera dei se-  
dens. ea sapiamus quae sursum sunt non quae super terram.  
Mors tua enim sumus & uita nostra abscondita est cum christo in deo.  
Cum christus apparuerit uita nostra. Tunc & nos apparebimus  
cum illo in gloria. Nemo militans deo implicatur seculi nego-  
tiis. ut possit ei placere cui se elegit. Apparuit enim gratia dei  
saluatoris omnibus hominibus erudiens nos ut abnegantes im-  
pietatem & secularia desideria caste. & iuste. & pie uiuamus  
in presenti seculo. Dies me deficient. si uolueris omnia casti



tatis. De apostolo precepta memorare. istasunt de quibus  
ad apostolos dñs loquebatur;

XXXIIII

**A**d huc multa habeo uobis dicere sed non potestis ea portare  
modo: Cum autem ille uenerit sps ueritatis docebit uos  
omnem ueritatem: Post crucem xpi. statim in actibus aposto-  
lorum una domus philippi euangeliste quadrigam produ-  
cit uirginum filiarum. & cesarea in qua ex gentibus ecclesia  
per centurionem cornelium fuerat dedicata. etiam uirginū  
puellarum prebere exempla. Cumq; dñs in euangelio  
dixerit. lex. & prophete usq; ad iohannem. iste quia uirgi-  
nes erant. & post iohannem prophete esse referuntur.

Neq; enim poterant ueteris testamenti lege retineri. quae  
uirginitatis fulgentes castitate pollebant. Transeamus  
ad iacobum qui frater dñi dicebatur tante scitatis tanteq;  
iustitiae & perpetuae fuit uirginitatis ut ioseppus quoq;  
historicus iudeorum. Propter huius necem subuersam hie-  
rosolimam referat. Hic primus ep̄ ex iudeis hierosolymae  
credentis ecclesiae. Ad quem paulus cum titio barnabaq; per-  
gebat. loquitur in epistula sua. Nolite errare fratres mei dilecti.  
omne datum bonum. & omnis perfecta donatio desursum ē.  
descendens a patre Luminum apud quem non est differentia  
aut auersionis umbraculum. Uolens genuit nos uerbo uerita-  
tis ut simus primitiae creaturarum eius; Uirgo mystica uir-  
ginitatem docet. Omne perfectum donum desursum descendit.  
Ubi non sunt nuptiae. & descendit non a quo libet. sed  
a patre Luminum. qui dicit ad apostolos. uos estis lux mundi.  
apud quem non ē differentia iudeis siue gentilibus. nec illa umbra  
qui uersabatur in lege premit eos qui de nationibus crediderunt.  
Sed uerbo nos genuit. & uerbo ueritatis. quia umbra & imago. &  
quaedam species ueritatis precessit in lege. ut simus primitiae  
creaturarum eius; Et quo modo ipse primogenitus ex mortuis  
omnes in se mortuos suscitabit. Sic ipse uirgo primitias  
uirginum suorum. in se uirgine dedicauerit. Petrus quoq;  
quid deuocatione gentium sentiat contemplemur;

**B**enedictus dñs & pater dñi nri ihu xpi. qui secundum magnam.



miseri cordiam suam regenerabit nos in spem uitae. per resurrectionem ihu xpi ex mortuis. in hereditatem incorruptam & inmaculatam. & in mercedibilem quae seruat in caelis in uos qui uirtute dei custodimini per fidem & salutem quae preparata est reuelari in tempore nouissimo. Vbi in corrupta predicatur hereditas & inmaculata & in mercedibilis & preparata in caelis & in tempore nouissimo reseruata & in spem uitae aeternae. Quando non nubent neque nubentur. Ibi alius uerbis uirginitatis priuilegia describuntur. Nam & in consequentibus hoc ipsum docet. propter hoc accincti lumbos mentis urae uigilantes perfecte sperate in ea gratia quae uobis deferenda est in reuelatione ihu xpi quasi filii oboedientiae non conformemini in prioribus in ignoratione uestra desideris. sed secundum eum qui uos uocabit sanctum & ipsi sancti estote in omni conuersatione. Scriptum est enim sancti estote quia & ego sanctus sum. Neque enim corruptibili argento & auro redempti sumus. Sed pretioso sanguine immaculati agni xpi ihu. & sanctificemus animas nostras. In oboedientia ueritatis renati non ex coitu corruptibili sed in corruptione per uerbum uiuentis dei & permanentis. Et sicut lapides uiui aedificemur in domum spiritalem. sancti sacerdotum offerentes uictimas spirituales pro ihu xpo domino nostro. Nos enim sumus gens electa regales sacerdotum gens sancta populus acquisitionis xpi pro se nobis carne mortuus est. At memur eadem conuersatione qua xps quo qui passus est carne quiescit a peccato. ut nequaquam in desideris hominum sed in uoluntate dei reliquum in carne tempus transigamus. Sufficit enim nobis praeteritum tempus quando ambulabimus in luxuriosis & desideris. ceterisque uitiis. Grandia nobis & preciosa uirginitatis promissa donauit. ut per hanc efficiamur diuinae consortis naturae. Fugientes ea quae in mundo de concupiscentiae corruptionem. Nouit dominus sanctos de temptatione eruere. Et iniquos cruciandos in chem reseruare iudicium. Praecipue eos qui post carnem in desideris pollutionis abulant.



& dominationes despiciunt. audaces & procaces. Isti enim  
 quasi inrationabilia iumenta in uentrem & libidinem  
 pronisunt. blasphemantes qui in corruptione sua corrumpent.  
 Recipientq; mercedem iniquitatis luxuriam. qui putant dili-  
 tiat esse iustitiam sordes & maculae. et nihil aliud nisi de-  
 uoluptatib; cogitantes. Qui habent oculos plenos adulterio.  
 et insaciabili libidine. & decipiunt animas necdum xpi cari-  
 tate robustas. Loquuntur enim uerba tumentia & indoctos  
 facile inlecebris carnis inreliunt. Reprimittentes eis liber-  
 tatem cum ipsi seruisint corruptionis. Unusquisq; enim ei  
 subiaceat passioni aqua uinitur. quod si fugientis quo in qui-  
 nationem mundi per scientiam saluatoris nostri ihu xpi.  
 isdem rursus superantur quae ante superarant. Factasunt  
 eis nouissima peiora prioribus. Meliusq; eis erat non nosse  
 uiam iustitiae quam post notitiam eius postergum redire.  
 & relinquere scm mandatum quod eis traditum fuerat.  
 Complectumq; e in eis uerissimum illud prouerbium. canis  
 reuertens ad uomitum suum. et sus. lota in uolutabro luti.  
 Volui omnem locum secundae p. tri epistolae ponere. ne longu  
 facerem. sed tanto modo ostendi sps sci uaticinio huius tem-  
 poris. & doctores & heresem prenuntiatam. deniq; manifesti-  
 us eosdem notat dicens.

**XXXVI**

Veniunt in nouissimis diebus inlusores. seducetes iuxta propria  
 desideria ambulantes. & caetera. Descripsit sermo apostoli-  
 cus iouinianum loquentem buccis tumentibus. & inflata  
 uerba trucinantem. reprimittentem in caelis libertatem.  
 cum ipse futuorum seruus sit atq; luxuriae. Canis reuertens  
 ad uomitum suum. Nam cum monachum esse se iactit.  
 & post sordidam tunicam. & nudos pedes. & cibarium pane.  
 & aquae potum ad candidas uestes. & nitidam cutem. ad  
 mulsum. & elaboratas carnes. ad iura apicii & paxam ad  
 balneas quoq; hac frictulas. & popinnas se conferat.  
 Manifestissimum est. quod terram caelo uita uirtutibus  
 anteponens. accipiens aurum. preferat xpm. & purpuram  
 coloris eius putat regna caelorum. Et tamen iste formo.



sus monachus crassus nitidus dealbatus & semper <sup>sponsus</sup> quasi nup-  
turus incedens aut uxorem ducat aut equalem uirginitate  
nuptiis probet. aut si non duxerit frustra contrarios uerbis  
agit. cum opere nobiscum sit. Sed & iohannes in eadem uerba  
concordat. Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt.  
**S**iquis diligit mundum non est dilectio patris in eo. Quomodo  
quod in mundo est desiderium carnis est & desiderium ocu-  
lorum & superbia huius uitae. qui non est de patre sed de mun-  
do est & mundus preterit & desiderium eius. Qui autem  
facit uoluntatem dei manet in aeternum; Mandatum nouum  
scripsit nobis quod est uerissimum & in christo & in nobis. quomodo  
nebre preterierunt & lux iam lux est et rursus;  
**K**mi nunc filii dei sumus & nec dum apparuit quid futuri sumus.  
**S**imus autem quomodo si apparuerit similes eius erimus. quia uide-  
bimus eum sicut est. Et omnis qui hanc habet spem & castifi-  
cat semetipsum sicut & ille castus est. In hoc perfecta est nostra  
caritas si fiduciam habeamus in diem iudicii. ut quomodo  
ille est. sic & nos simus in hoc seculo. de epistola quoque iudae-  
tale quid significat odientes carnis pollutam tunicam;  
**L**egamus apocalypsim iohannis & ibi repperimus agnum  
super montem sion. & cum illo centum quadraginta quat-  
tuor milia signatorum habentium nomen eius & nomen  
patris illius scriptum in frontibus suis. qui cantant canticum  
nouum. Et nemo potest dicere canticum illud nisi hi qui  
empti sunt de terra. Isti sunt qui cum mulieribus se non co-  
inquinauerunt. uirgines enim permanserunt. Hi sunt  
qui secuntur agnum quocumque uadit. empti enim sunt &  
hominibus primitiae domini & agno. Et in ore ipsorum non est  
inuentum mendacium. & sine macula sunt. de singulis tri-  
bus excepta tribu dan pro qua reponitur tribus leui-  
**D**uodecim milia uirginum signatorum creditura dicuntur.  
qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Hac ne putarem  
de his dici qui scorta non norunt. statim intulit. uirgines enim  
permanserunt. ex quo ostendit omnes qui uirgines non per-  
manserunt. ad comparationem perissimae & angelicae



domini ihu.

castitatis & ipsius xpi esse pollutos. Hi sunt qui cantant can-  
ticum nouum quod nemo potest cantare. nisi qui uirgo est.  
Hi sunt primitiæ di & agni & sinemacula. Si uirgines  
primitiæ di sunt. ergo uiduæ & in matrimonio continentes.  
erunt post primitias. id est in secundo & tercio gradû.  
nec prius perditus populus saluari poterit. & immacula  
tum agnum purissimis uictimis reconciliari. In finitæ  
decem de euangelio uirginum exponere sacramentum.  
Quinq; stultarum. & quinq; sapientum. hoc solum nunc dico.  
quod quo modo absq; cæteris operib; uirginitas sola non  
saluat. Sic omnia opera absq; uirginitate. puritate. conti-  
nentia castitate. imperfecta sunt. Ex quo nequaquam  
nos illud poterit impedire. quod aduersarius obicit.  
uisse dm in chanaan galilee & nuptiarum festa celebrasse.  
quando aquas conuertit in uinum. hoc enim breuissimæ  
respondebo. quod qui octaba die circumcisus est. Et pro quo  
par turturum. & duo pulli columbarum die purgationis  
oblatisunt. Cum cæteris antequam pater & ur. iudaicam con-  
suetudinem conprobauit. ne illis occasionem iuste se int-  
ficiendi tribuere uideretur. quasi destruens legem dam-  
nansq; naturam. quamquam et hoc pro nobis faciat. qui  
enim semel iuit ad nuptias. semel docuit esse nubendum.  
Et tunc uirginitati possit officere. si nuptias post uirgini-  
tatem. & uirginitatis castimonia. non in gradû tertio pone-  
remus. Nunc cum hereticorum sit damnare coniugia &  
dispernere conditionem. quid quid de laude dixerit nuptia-  
rum. libenter audimus. ecclesia enim matrimonia non  
damnat. sed subicit. nec abicit. sed dispensat. sciens ut supra  
diximus. in domo magna non solum esse uasa aurea & ar-  
gentea. sed & lignea & fictilia. et alia esse in honorem. alia  
in contumeliam. Et quicumq; semundauerit. eum futurû  
esse uas honorabile & necessarium in omne opus bonum  
preparatum. Satis habundiq; xpiane pudicitie. & uir-  
ginitatis angelicæ. de diuinis libris exempla præbuimus.  
Sed qm intellexi in commentariis aduersarii puocare nos

in nisi tales hostias  
castitatis xpo optulerit



Etiam ad mundi sapientiam quod numquam hoc genus infecto  
sit probatum. & nouum dogma contra naturam religioſa  
prodidit. per curram breuiter grecas et latinas barbarasq;  
historias & doceam uirginitatem ſemper tenuiſſe pudicitia.

**xxxiii** **R**efert fabulae athalantem calidomiam | principatu  
uirginem ſemper in uenationibus ſemper in ſiluis non tum  
tis uteri feminarum foetumq; conceptum. ſed expeditam  
& caſtam amaſſe uirtutem. Arpalucen quoq; uirginem  
traciam. inſignis <sup>poſſe</sup> historia deſcribit. Etiam reginam uulſea  
camelle quam turnus cui auxilio uenerat laudare uolens  
non habuit quod amplius diceret. niſi uirginem nominaret.

O decus hitaliae uirgo. Calco o decus quoq; illa filia leo uirgo  
perpetua peſtilentia patriae deſcribitur. ſpontanea morte  
ſoluiffe. Et in phigeniae uirginis ſanguis aduerſos pla  
gasſe uentos. Quid referunt ſibyllas heretream atq; cum  
nam & octo reliquas. Nam uarro decem fuiſſe autumat

quarum inſignis uirginitas eſt. & uirginitati premium  
diuinitio. Quod ſi aeolico genere ſermonis ſibylla eopole  
appellatur. recte conſilium di ſola ſcribitur noſſe uirgi  
nitas. ſca ſſandram quoq; & erhis in uates apollinis haec iu  
nomis uirgines legimus. & ſacerdotes diana tauricae  
& ueſtae innumerabiles extiterunt. quam unam <sup>rum</sup> minutia  
propter ſuſpicionem ſtupri uiua deſoſa eſt. iniuſta utreor  
poena. niſi grande crimen putaretur leſa uirginitas.

Certe romanus populus. quanto honore uirgines ſemper habue  
rit. Hinc apparet quod conſules & imperatores & in curri  
bus triumphantes. qui de ſuperatis gentibus tropea refere  
bant. & omnis dignitatis gradus eis de uia cedere ſolitus ſit.

Claudia uirgo ueſtalis cum in ſuſpicionem ueniſſet ſtupri  
& ſimulacrum matris deae. In uado triberis hereret  
ad conprobendam pudicitiam ſuam. feſtus cingulo duxit  
ſe nauem. quam multa milia hominum trahere nequiue  
rant. Melius tamen inquit lucam poetae patruus cum  
illa fuiſſe & actum. Si hoc quod euenit ornamentum pon  
us explorate fuiſſet pudicitiae. quam dubiae patrocini  
um

theodale



Nec mirum hoc de hominibus. cum in etiam quoque et dianam  
 uirgines deas finxerit error gentilium. & inter duodecim  
 signa caeli quibus mundum uolui putant. uirginem conloca-  
 rent. Magna iniuria nuptiarum. ut ne inter scorpiones qui  
 dem. & centauros. & caneros. & pisces. & ego cerotas. uxorem.  
 maritumque construxerint. xxx. atheniensium tyranni.  
 cum phidonem necassent in conuiuio. Filias eius uirgi-  
 nes ad se uenire iusserunt. Et scortorum more nudari.  
 hac super pauimenta patris sanguine cruentate in pudicis  
 gestibus ludere. quae paulisper dissimulato dolore. com-  
 te mulentos conuiuas cepnerent. quasi adre quisita  
 naturae egredientes. inuicem se complexae precipitauerunt  
 in puteum. ut uirginitatem morte seruari. Demotio  
 nisario pagitarum principis. uirgo filia. audito sponsi  
 leosthenis interitu. qui bellum lamia cum concitaret se  
 interfecit. adserens quamquam intacta esset corpore.  
 tamen si alterum accipere cogere. & ut quasi secundum  
 acciperet. cum priori mente nupsisset. Spartiate. et  
 messeni. diu inter se habuere amicitias. in tantum ut ob  
 quedam sacras etiam uirgines ad se in mutuo mitterent.  
 Quodam igitur tempore. cum quinquaginta uirgines lace-  
 demoniorum messeni. uiolare temptassent. de tanto  
 numero ad stuprum. nulla consensit. sed omnes libentis-  
 simae propudicitiae. obcubuerunt. Quam ob rem graue  
 bellum. et longissimum concitatum est. Et post multum  
 temporis. mameritina subuersa. aristocides. orcomeni. ty-  
 rannus. ad amant uirginem stimpthalidem. quae cum patre  
 occiso ad templum dianae. confugisset. et simulacrum eius  
 manibus suis teneret. nec ui possit auelli. in eodem loco  
 confossa est. Ob cuius necem. tanto omnis arcadia dolore  
 commota est. ut bellum publice sumeret. & necem uirgi-  
 nis ulcisceret. aristomenis messeni. uir iustissimus.  
 uictis. lace demonis. et quodam tempore. Nocturna  
 sacra celebrantibus. quae uocabatur iacintina. rapuit.  
 de horis ludentium uirgines quindecim. et tota nocte.

trusbynt



gradu concito fugiens excessit de finibus spartanorum  
cumque eas comites eius uellent uiolare monuit quam diu  
potuit nefacerent. et ad extremum quosdam non paren-  
tes interfecit. Ceteris metu coercitis redemptae postea  
a cognatis puellae cum aristo menem uiderent caedis  
reum fieri tam diu ad patriam non sunt reuersae quam  
diu iudicum ad uoluntate genibus defensorem pudicitiae suae  
cernerent absolutum. Quo orae laudandae sunt. sceda  
si filiae in leuctris boetiae quas traditum est absente pa-  
tre duos iuuenes pretereuntes iure hospiti suscepisse qui  
multum indulgentes uino uim per noctem intulere uir-  
ginibus. quae amissa pudicitia nolentes super uiuere  
mutuis uulneribus conciderunt. Iustum est & lucidas  
uirgines non tacere. quae cum ilium mitterentur ex mo-  
re per annos circiter mille. nulla obsceni rumoris & pol-  
lutaie uirginitatis ullam fabulam dedit. quis ualeat silen-  
tio praeserire. septem milesias uirgines quae gallorum  
impetu cuncta uastante nequid indecens ab hostibus  
sustinerent. turpitudinem morte fugerunt. Exemplum  
sui cunctis uirginibus relinquentes. honestis mentibus  
magis pudicitiam curae esse debere quam uitam. Nica-  
nor uictis theb. is atque subuersis. unus captivae uirginis  
amore superatus est. cuius coniugium expetens. & uolunta-  
rios amplexus quod scilicet captiua obtare debuerat. sensit  
pudicis mentibus plus uirginitatem esse quam regnum.  
Et interfectam propriam manu. flens & lugens amator tenuit.  
Narrant scribtores graeciae & aliam thebanam uirginem.  
quam hostis macedo corruerat. dissimulasse paulisper.  
dolo rem. et uiolatorem uirginitatis suae iugulasse postea  
dormientem sequi interfecisse cum gaudio. ut nec uiuere  
uoluert. post perditam castitatem. nec ante mori quam  
sui ultor existeret. apud bragmanos. gymnoso fistas in  
die quasi permanens. huius opinionis auctoritas tradit  
quod buddam principem dogmatis eorum aelateresuo  
uirgo generarit. Nec hoc mirum de barbaris. cum minerva

manus



/ femine

quoque decapite iobis & liberum patrem de femore eius procrea-  
 tos doctissimam fixerit grecia. Speusippus quoque sororis pla-  
 tonis filius. et clearcus in laude platonis & anaxalidis de pla-  
 tonis in secundo libro philosophiae perictionem matrem  
 platonis in fores memoriae apollinis oppressam ferunt.  
 & sapientiae principem non aliter arbitrantur nisi  
 de partu uirginis aeditum. sed & thimeus scribit pittago-  
 re uirginem filiam choro uirginum praefuisse & caritatis  
 eas instituisse doctrinis diodorus sacerdoticus quinque filias  
 dialecticas insignis pudicitiae habuisse narratur. de quibus  
 & filo carneadis magister plenissimam scribit historia.  
 haec nobis dominum saluatorem nostrum de uirgine procrea-  
 tum. Romana exprobraret potentia auctorem urbis  
 & gentis suae alia uirgine. & marce gentios arbitrantur.  
 haec de uirginibus seculi currentis per multiplices historias &  
 properans sermo perstrinxerit. Veniam ad maritas  
 quae mortuis uel occisis prioribus uiris superuiuere noluerunt  
 necogerentur secundos nosse concubitus. et quem irae  
 unicos amauerint maritos. ut sciremus digamiam etiam  
 apud & nichos reprobari.

## XXXVII

**D**ido soror pigmalia nis multo auri et argenti pondere con-  
 gregato africanam nauigabit ibique urbem garthaginem con-  
 didit. Et cum ab harba rege libiae in coniugium peteret  
 paulisper distulit nuptias. donec conderet ciuitatem.  
 Nec multo post structa in memoriam mariti quondam sicer  
 praera. maluit ardere quam nubere. Casta mulier kar-  
 thaginem condidit. et rursus eadem urbs incastitatis  
 laude finita est. Nam asdrubalis. uxor capta et incensa  
 urbe cum se cerneret a romanis esse capiendam. Ad  
 prehensis ex utroque latere paruolis filiis in subiectu domus  
 suae deuolauit incendium. Quid loquar nicerati coniugem  
 quae in patiens iniuriae uiri mortem sibi ipsa consciuit.  
 ne triginta tyrannorum. quos alexander uictis athenis  
 inposuerat iugum libidinem sustineret. Artemesia  
 quoque uxor mausaly insignis pudicitiae fuisse perhibet.

/ quodam

/ h. v. d. s.



Philostratus

Quaecum esset regina cariae & nobilium poetarum atq; <sup>hi</sup> stho-  
 ricorum laudibus praedicetur. in hoc bel. maximae effect.  
 quod defunctum maritum sic semper amabit ut uiuum  
 Et mire magnitudinis hac pulcherrimae exstruxit sepulcrum  
utulos consumentes. Nomades & trogodite & ser te  
& unorum noua feritas. semi crudis uescuntur car nibus.  
porro ΙΚΘΥΟΦΑΤΟΙ gens errans in litore maris  
rubri super petras solis calore feruentes. assant pisces.  
& hoc solo modo alimento uictitant. Sarmate quadi-  
uandali & innumerabiles aliae gentes. aequorum &  
uulpium carnibus delectantur. Quid loquar de & e-  
ris nationibus. cum ipse adulescentulus in galliis uide-  
rim cata cotthos. gentem brit tunicam humanis uesci  
carnibus. Et cum psiluas porcorum greges & ar mentoz  
pecodumque repperiant. pastorum nates & feminaru  
papillas solere abscidere & has solas ciborum delicias  
arbitrari. scotthorum natio. uxores proprias non habet.  
& quasi platonis ΠΟΛΙΤΑΝ legerit & catonis sectetur  
exemplum. nulla apud eos coniux propria est. sed ut cui  
cumque libitum fuerit. pecodum more lasciuunt. perse  
medi indi & ethropes. regna non modica.

glur gant.

ΛΥΠΟΑΜΑΝ.



47

Et Romano imperio pariacum matribus & auis. cum filiabus  
& nepotibus copulantur. cassagetae & derbices. miserimos  
putant. qui egrotatione moriuntur. & parentes cognatos  
propinquos. cum ad senectam uenerint. iugulatos deuorant.  
Rectius esse dicentes. ut a se potius quam a uermibus consu-  
mantur. Trbareni. quos dilexerint senes. suspendunt in  
patibulo. hercani. uolucris & canibus. semi uiuos prociunt.  
Caspini. idem bestias mortuos prociunt. serthae. eos qui ad  
functis amatisunt. uiuos infodiunt. cum os sibus mortuorum.  
bactrii canibus. ad hoc ipsum nutritis obiciunt senes. quodcum alex-  
andri praefectus. his tasanor. emendare uoluisse & pene ami-  
sit. pro uincta. coege. aegyptium. & ouium lacte uestatur. in pel-  
lesi uales. pelusioten. ut manducet capes. singulae pene  
In aegypto ciuitates. singulas bestias & monstra uenerantur.  
Et quodcumque coluerint. hoc in uiolabile & sacrum putant.  
Unde & urbes quoque. aput eos ex animalium uocabolis nuncu-  
pantur. leonto. crno. lrco. busiris. thimui. quod interpreta-  
tur hircus. & ut sciremus quales deos semper aegyptus re-  
cepisset. nuper ab adriano. amasio. urbes eorum. antinous.  
appellata est. Praeuidens igitur. quod non solum in esu. sed  
& in sepulchris. & in conubis. & in omni conuersatione. una  
queque gens. suorum & proprietatibus uictit. Et hoc eam  
naturae lege putare. quod dicit. Uerum fac. esum carnum.  
cunctis nationibus esse commoem. Et passim licere. quod  
passim gignitur. Quid ad nos. quorum conuersatio in caelis  
est. qui super pythagoram. & empedoclem. & omnes sapien-  
tiae sectatores. non ei debemus. cui nascimur. sed cui renasci-  
mur. qui repugnantem carnem. & ad libidinum. in centi-  
ua rapientem. in edia subiugamus. esus carnum. & potus  
uini. uentrisque saturitas. seminarium libidinis est. Un-  
de & comichus. sine cerere inquit. & libero friget uenof.  
Per quinque sensos. quasi per quasdam fenestras uitiorum.  
ad animam introitus est. non potest autem tropolis. &  
urbis mentis capi. nisi per portas ei inruerit. hostilis exer-  
citus. horum perurbationibus. anima pregrauat.

didicit



& capitur. ἀπεικτο: ωδοπάτο: κάτοπε: θακτο:

Sircensibus quispiam delectetur. Si ad thlecarum certamine simobilitate lustrionum. si formis mulierum. si splendore gemmarum. uestium metallorum. & ceteris huiuscemodi per oculorum fenestras. animæ capta libertas est & implet illud propheticum:

**X** **M**ors intrauit per fenestras uestras. Rursum auditus uario organorum cantu & uocum flexionibus delinitus & carmine poetarum & comediarum mimorumque urbanitatibus & strophicis. & quidquid per aures introhians uiriliter mentis effeminat. Odoris autem suauitas & diuersa trimamata. et amomū. cressi. ananthe. muscus. & peregrinae muris pelliculas. quiddis solutis. & amatoribus conueniant. nemo nisi dissolutus querat. porro ciborum auditus. quod auaritiæ mater sit. & animum quasi quibusdam conpedibus de grauatam interra teneat. quis ignorat propter breuem gulæ uoluptatē. terre lustrant & maria. et ut mulsum uinum pretiosusque. cibus fauces nostras transeat. totius uitæ opere desudamus. Tactus autem alienorum corporum & feminarum ardentior a spectibus. uicinus insanie est. Ob hunc sensum. cupimus irascimur. gestimus. amulamur. solliciti sumus. & ex pleæ uoluntate. per quandam penitudinem. Bursus accendimur. querimusque. facere. quodcum fecerimus. Iterum peniteamus. Agitur cum phas portas. quasi quidam perurbationum. Cunei. ad arcem nostræ mentis intrauerint. Ubi erit libertas. ubi fortitudo eius. Ubi dedō cogitatio. maxime cum tactus depingat sibi & iam uoluptates. & recordatione uitioꝝ cogitat animam conpati. & quod ad modo exercere quod non agit. His igitur rationibus inuitati. multi philosophoꝝ reliquerunt frequentias urbium. & hortōlas suburbanos. Ubi ager in riguus. & arborum comæ. & susurrus auium. fontis speculum. riuus in mur murans. & multæ oculoꝝ auriumque. inlecebræ. ne per luxum & habundantiam copiarum. animæ fortitudo mollesceret. & eius perditicia.



Febro

con stupratur. Inutile quippe est crebre uidere. per quod  
 aliquando captus sis. & eorum te experimento committere.  
 quibus difficulter careas. Nam & per thalcorei. huiuscemodi  
 frequentiam declinantes. in solitudine & desertis locis  
 habitare consueuerant. Platonici quoque & stoici. in templo  
 lucis & porticibus uersebantur. ut admoniti angustioris  
 habitaculi scirent. Nihil aliud quam de uirtutibus cogitarent.  
 sed & ipse plato cum esset diues. & toros eius diogenis lura  
 tis pedibus conculcasset. ut possit uacare philosophia. elegit  
 academiam uillam ab urbe procul non solum desertam. sed &  
 pestilentem. ut cura & ad si duitatem orbis libidinis im  
 pectus frangerentur. discipuli quoque sui nullam aliam sentirent  
 uoluptatem. nisi earum rerum quas discerent.  
 Quosdam legimus effodisse sibi oculos ne per eorum uisum.  
 a contemplatione philosophia auocarentur. unde & crates  
 ille thebeus proiecto in mari non paruo auri pondere habite  
 inquit pressum male cupiditatis. Ergo uos mergam.  
 ne ipse mergar. auobis. quod si quis aestimat. & abun  
 dantiam ciborum potionumque se perfrui. & uacare  
 posse sapientia. hoc est uersari inter delicias & delicias  
 uitae non teneri. Se ipsum decipit. Cum enim procul  
 ab his remoti. se per capimur naturae inlecebris & cogamur  
 accipere quorum copiam non habemus. Quanto magis si  
 circumdati rebus uoluptatum. esse nos liberos arbitre  
 mur. Sensus noster illud cogitat. quod uidet. audit. odorat.  
 gustat. adtrecciat. Et ad eius retrahitur a spectum. cuius ca  
 pitur uoluptate. quod mens uideat & mens audiat. & quod  
 nec audire quippiam nec uidere possimus. nisi sensus in ea  
 quaerimus & audimus fuerit intentus. Uetus quoque sen  
 tentia est. Difficile in mo impossibile est. delicias & uolupta  
 tibus afluente. non ea cogitare quaerimus. frustra quoque  
 quidam simulanti salua fide & pudicitia. & integritate  
 mentis se habuit uoluptatibus. Cum contra naturam sit copius  
 uoluptatum. sine uoluptate perfrui. & apostolus hoc ipsum  
 abens dixerit. quae autem in delicias est. uiuens mortua est.



Sensus corporum quasi equi sunt sineratione currentes.  
 Anima uero Inaurigamodō reāna & frena currentium. Et  
 quomodo equi absq; rectorē precipites sunt. Itacorpor  
 sineratione & imperio animae. In suum fertur interitum.  
 Alia quoq; comparatio animae & alia corporis a philosophis  
 ponitur. Corpus puerum. animam pedagogum esse dicentiū  
 Unde & stoicus. animae inquit imperio corporis seruitio  
 magis utimur. alterum nobis cum diis. alterum cum beluis  
 commune est. Igitur nisi uirtia adulescentis & pueri pru  
 dentia pedagogi rexit. omnis conatus eius & impetus ad  
 lasciuiam properant. Sine quatuor sensibus bibere possumus.  
 id est sine ἀκνηκτο. ἀοιτο. ωδω πατο. ἀδ. κωμπλεζο  
 absq; gustu autem et cibus. impossibile est humanum corpus  
 subsistere. Adesse ergo debet ratio. uirtutes & tantas suma  
 mus escas. quibus non honeretur corpus. neque libestas animae  
 pregrauetur. quia & comedendum est. & deambulandum.  
 & dormiendum & digerendum. & postea inflatis uenis. in  
 centiua. libidinis sustinenda. luxuriosa res uinum & contu  
 meliosa ebrietas. Omnis autem qui cum his miscitur non  
 erit sapiens.

**XI** Netales accipiamus cibos quos aut difficulter digerere.  
 aut cum estis magno partos & perditos labore doleamus.  
 holerum et pomorum ac leguminum & facilior adparatus ē.  
 Et aste in pendisq; cocorum non indiget & sine cura sustentant  
 humanum genus. Moderateq; sumptus. quia nec auidae  
 deuoratur. quod irrita menta gula non habet. leuiori diges  
 tione concoquitur. Nemo enim uno <sup>aut</sup> duob; cibus. hisq;  
 uilibus. usq; ad inflationem <sup>uentris</sup> honeratur. quae diuersitate car  
 num. et saporis delectatione concipitur. cum uariis <sup>in</sup> trib;  
 fumant patinae. et adhesum sui expleta esurie. quasi  
 captiuos trahunt. Unde & morbi & saturitate nimia con  
 citantur. multiq; impatientia gula. uomitu remediante.  
 Et quod turpiter ingererunt. turpius degeserunt. hipocratis  
 ἡ ἀφὸ περὶ τοῦ 10. docet crassas & oboesa corpora q̄ cres  
 cendi mensuram impleuerint. nisi cito ablatione sangui

odorib;

egerunt.



49

nis in minuantur. in paralyſi. & peſſima morborum genera  
erumpere. Et idcirco eſſe neceſſaria deſumptio nem. & rursu  
habeant in qua poſſint creſcere. non enim manere in uno  
ſtatu naturam corporum. Sed aut creſcere ſemper. aut  
decreſcere. Nec poſſe uiuere animal. niſi creſcendi capax  
ſit. Unde & gallenus uir doctiſſimus Hippocratis interpres.  
ad thal. & quorum uita & haer. ſagina eſt dicit. In exortatio  
nemedicinae. nec uiuere poſſe diu. nec ſanos eſſe animasq;  
eorum. Ita nimio ſanguine & adipibus. quaſi luto inuolutas.  
Nihil tenue. nihil caeleſte. ſed ſemper de carnibus. & ructu & uen  
tris inglubie cogitare. & drogenes. Tyrannos & ſubuerſores  
urbium. bellaq; uel hoſtilia. uel cibilia. non pro ſimplici uictu  
holerum pomorumq; ſed pro carnibus. & epularum deliciis.  
adfert excitari. quodq; mirandum ſit. epicurus uoluptatis  
ad ſeſtor. omnes libros ſuos repleuit holerib; & pomis. & u  
libus cibis dicens eſſe uiuendum. quia carnes. & exquiſitae  
epulae. in genti cura & hac miſeria preparantur.

Maioremq; paenam habeant in querendo. quam uoluptatem  
in habendo. Corpora autem nra. cibo tantum & potu in  
digere. ubi aqua & panis ſit. & caetera hiſ ſimilia. ibi natura  
ſatis factum. quidquid ſupra fuerit. non ad uitae neceſſitatem  
expectare. ſed ad uitium uoluptatis. bibere & comedere. non ad  
deliciarum ardorem. ſed ſitam famemq; reſtinguere.

Qui carnis uescuntur. indigere etiam hiſ qua non ſunt  
carnium; Qui autem ſimplici uictu utuntur. eos caeteras  
non requirere. Sapientiae quoq; operam dare non  
poſſumus. ſi miſeriae hiſ abundantiam cogitemus. quae labore  
nimio & cura indiget. cito expletur. natura neceſſitas. fri  
gus & famis ſimplici ueſtitu & cibo expelli poteſt;

**V**nde & apoſtolus. habentes quoq; uictum & ueſtitum hiſ  
contenti ſumus. Deliciae et epularum uarietas. fomentas  
auaritia. Grandis exultatio animae eſt. cum paruo contentus  
fueris. mundum habere ſub pedib; & omnem eius potentiam. &  
epulas libidinis propter quae diuitiae comparantur. uilibus  
mutare cibis. Et graſſiori tunica compenſare. & tolle epulax



& libidinis luxuriam & nemo querat diuitias. quarum usus  
aut in uentre aut sub uentre est. Quia qui egrotat non ali-  
ter recipit sanitatem nisi tenui cibo & castigato uictu.  
quæ *ΛΕΠΤΗ ΔΙΤΑ* dicitur. quibus ergo cibis recipitur sa-  
nitas. his & seruari potest. ne quis putet morbos holeribus  
concitari. Si autem melius illius gratonate uires holera  
non ministrant. quæ nascuntur & aluntur ex carnibus  
quid necesse est sapienti uiro & philosopho xpi tantam ha-  
bere fortitudinem quæ ad thleas & militibus necessaria est.  
quam cum habuerit. ad uitia pro uocetur. illi arbitrantur  
carnes sanitati congruas. qui uolunt abuti libidinem & in-  
cenum dimergi uoluptatum. & <sup>ad</sup>coitum semp ex estuant.  
xpiano sanitas absq; uiribus nimis necessaria est. nec turbare  
nos debet. Si rarissimi huius propositi sectatores. quia rari sunt  
& amici boni & fideles & pudici & continentes. sempq; iustus  
rara est. lege fabrici continentiam coru paupertatem. Et  
in tanta urbe uix paucos inuenies quos sequaris. Nolite time-  
re nisi carnes non comederis. aucupes & uenatores frustra  
artificia didicerunt. Legimus quosdam morbo asticulari  
& podagræ humoribus laborantes. proseriptione bonorum  
ad simplicem mensam. & pauperes cibos redactos conualuisse.  
caruerant enim sollicitudinem dispensande domus. Et epu-  
larum largitatem. que & corpus frangunt & animam.  
inrideoratiua spectum ciborum qui consumpti relin-  
quunt penitentiam. sperne uoluptates. hoc est emptado  
lore uoluptas. Et cum in amenuissimo agro in morsum uolup-  
tatorum hominum. secrasum pinguemq; describeret.  
Lustic his uersibus. me pinguem et nitidum bene curata uitæ  
uiset. cum ridere uolis epicuri de grege porcum; De uenia  
manducatione xpianorum dicit. Sed ex uilis simis cibis uitam  
da satietas est. Nihil enim ita obruit animum. ut plenus  
uenter. & ex ætuans. & huc illucq; se uertens. et in uictus. ut  
in strepitū uentorum efflatione respirans. quale illud ieu-  
num. aut qualis refectio posticiunum. his cum pridianis  
epulis distendimur. & guttur nrm mediatorium efficit.



50  
latrinarum dumq; uolumus prolixioris in h[ab]eant famam  
querere. Tantum uoramus. quantum uix alterius diei nox  
digerat. Itaq; nontam ieiunium appellandum est quam  
c[on]cupula hac fetens & molesta digestio. Dicit arch[is] in libris anti-  
quitatum. Et descriptione gratia refest. Sub saturno idest  
in auro s[er]uo. cum omnia humus funderet. Nullum comedisse  
carnes. sed ueritas uixisse frugibus & pomis. quae sponte  
terra gignebat. Pensarum idest c[ir]ca uitam. Xenophon hoc  
uoluminibus explicat. polenta & cardamo. et sale. hac pane  
cibario. eos adserens uictitare. Luce demoniorum mensa  
frugalitatis. quae & supra scriptus. Xenophon. et theofra-  
stus. et om[n]i pene scriptores graeciae testes sunt. heremon sto-  
icus. uir eloquentissimus. narrat de uita antiquorum aegip-  
ti sacerdotum. quod omnib; mundi negotiis curisq; post  
positis semper in templo fuerint. Et rerum naturas cau-  
sasq; hac ratione siderum contemplantisint. numquam mulierib;  
semiscuerunt. Numquam cognatos & propinquos. ne liberos  
quidem uiderint. ex eo tempore quo cepissent diuino cultui  
deseruire. a carnibus et uino se semper abstinerunt. propter  
tenuitatem sensus. et uertiginem capitis. quam ex paruo cibo  
patiebantur. & maxime propter appetitum libidinis.  
qui ex his cibis & ex hac portione nascuntur. De temperantia  
ciborum. pane raro uescebantur. ne honerarent stomachum.  
& si quando comedebant. tonsuram pariter hirsopum sumebant  
in cibo. et escam grauiorem. illius calore decoquerent.  
Oleum tantum in holerib; nouerant. uerum et ipsud parum  
propter nauisidm & aspritatem gutturis linendam. *gustarlenenda.*  
Quid loquar inquit. de uolatibus. cum ouum quoq; pro carnib;  
uitauerint. Et lac. quorum alterum carnes liquidas. aliter  
sanguinem esse dicebant. coloremutato. cubile eis de folijs  
palmarum. quas barias uocant. contextum erat. scabillum  
adclinet. et ex unopaste obliquum interram. pro puluillo  
capiti supponebant. bidui triduiq; in eadem sustinentes.  
Et humarib; corporis quinasuntur. ex otio. & ex mansione  
unius loci. nimium uictus castigatione siccabat.

37e nae

gustarlenenda.

barat



ioseppus in secunda iudaicae captiuitatis historia & in octavo decimo antiquitatum libro & contra appionem duob; uoluminib; tria describit dogmata iudeorum phariseas sadduceos esse eos. quorum nouissimos miris effest laudibus. quod ex uxoribus & uino & carnibus sese semp abstineant. & cotidianum ieiunium uerterit in natura super quorum uita & filouir doctissimus proprium uolumen edidit. eant hesai hieos & hasclepiades cy prius & late quiping malion in oriente regnabant scribunt & sum carnum non fuisse eu uolus qui historiam micrei multis uoluminib; explicauit. Narrat apud persas tria genera magorum. quorum primos qui sint doctissimis & eloquentissimis. ex cepta farina & holera nihil amplius in cibo sumere. apud eleusinam etiam uolucris & piscib; et quibusdam pomis abstinere. sollemne est. Bardananes uir babilonius in duo dogmata apud indos criminosas diuidit. quorum unum appellat Bracmanas. alterum samaneos. qui tantae continentiae sint. ut uel pomis arborum iuxta gangen fluum. uel pussillo orizae & farinae alantur cibo. Eteu rex ad eos uenerit. adorare illos solitus sit. Pacemq; pro uinitiae suae. In illorum praecibus arbitrari sitam. erupides in creta iouis prophetas. non solum carnibus sed et coctis cibis abstinuisse refest. Xenocrates philosophus de triptolemi legibus apud athenienses. tria tantum praecpta in templo aeleusine. residere scribit. honorandos parentes. uenerandas deos. carnibus non uescendum. Orfeus in carmine suo & sum carnum penitus deestatur. pr thagorae socratis antisthenis & reliquorum frugalitatem refferrem in confusionem nostram. nisi & longum esse. & proprii operis indigeret. Hic certe est antisthenis qui cum gloriose docuisset rhetoricam. audissetq; socraten. dixisse fertur ad discipulos suos. habite & magistrum querite. ego enim iam repperi. statimq; uenditis quae habebat & publice distributis. nihil sibi plus quam palliolum reseruabit. paupertatisq; eius & laboris. Et xenophon.

Bardananes



51

testis est. In scriptis. & innumerabiles libri eius. quorum  
alios philosophico. alios rethorico genere conscripsit. 7  
huius diogenes ille famosissimus sectator fuit. potentior  
rege alexandro. & naturae humanae uictor. 7 Nam cum disci-  
pulo rum antisthenis nullum reciperet. et per seuerantem  
diogenem. remouere non posset. Nouissimè claba minuta  
tus est. nisi habiret. Cui ille subiecisse dicitur caput atq;  
dixisse. Nullus tam durus baculus erit. qui me atuo pos-  
sit obsequio separare. Refert satyrus quinlustrum ui-  
rorum scripsit historias. quod diogenis pallio duplici usus  
sit propter frigus. peram pro cellario habuerit. secumq;  
porta uerit clabam. ob corporis fragilitatem. quae iam se-  
nex membra sustentare sollicitus erat. et H M E P O B I O C.  
uulgo appellatus sit. In presentem horam poscens a quoli-  
bet. & accipiens cibum. habitabit autem in portarum uesti-  
bulis. et in porticibus ciuitatum. Cumq; se contorqueret in  
dolio uolubilem habere domum. iocabatur. & secum tempo-  
ribus inmutantem. frigore enim os dolii uertebat in me-  
ridiem. estate ad septentrionem. Et ut cumq; se sol in-  
dinauerat. diogenis simul praecorium uertebatur.  
Quodam uero tempore habens ad postandum caucum ligneum  
uidit puerum manu concaua bibere. & elisisse illud  
feratur ad terram dicens. Nesciebam quod & natura habe-  
ret poculum. uirtutem eius et continentiam. mors quoq;  
indicat. Nam cum ad agonem olympiacum. qui magna  
frequentia graeciae celebratur. iam senex pergeret. febre  
intranere dicitur. adprehensus. ad cubuisse in crepidine  
uia. uolentibusque eum cum amicis. aut in uimento. aut in  
ueiculum tollere. non adquirebit. sed transiens ad arboris  
umbram locutus est. habite queso. et spectatum pergit. haec  
menox. aut uictorem praebant. aut uictum. Si febre uice-  
ro. ad agonem ueniam. Si me uicerit febris. ad inferna descen-  
dam. 7 Ibiq; per noctem eliso guttore. non tam mori se  
ait quam febre morte excludere. Unius tantum philoso-  
phi exempla posui. ut for monsoli nostri. & crosoli. & uix

h. v. s. r. l. y.



summus pedibus adumbrantes uestigia quorum uerba impug-  
nis sunt & syllogismi incalubus qui paupertatem apostolorum  
& crucis duritiam aut nesciunt aut contempnunt. Imitentur

**XIII.** **H**aec argumentis philosophorum exemplis quae differunt  
Nunc ad exordium generis humani. Idest ad nostra transiens  
docebo primum adam in paradiso accepisse praeceptum  
ut cetera poma comedens ab una arbore ieiunaret. beatitudo  
paradisi absque abstinentia cibi non potuit dedicari. quamdiu  
ieiunauit in paradiso fuit. comedit et eiectus est. eiectusque  
statim duxit uxorem. qui ieiunans in paradiso uirgo fuerat  
saturatus in terra matrimonio copulatur. et tamen eiectus  
non protinus accepit licentiam carnum uescendarum. sed  
tantum poma arborum & fruges segetum & herbarum holer-  
ra. et traduntur in cibum. ut exul quoque paradisi non carnis  
quae in paradiso non erant sed similitudine frugum paradisi  
uesceretur. postea uero uidens deus quod diligenter adpositum  
esset ad maliciam cor hominis ab adulescentia & spiritus eius in  
his permanere non possit. quia erant caro. Opera carnis diluuium  
condemnauit & auicissimam hominum guillam probans  
dedit eis licentiam comedendarum carnum. ut dum sibi  
intellegunt licere omnia non desiderare magno pere quod  
placebat. nem mandatum in causam uerterent preuaricati-  
onis quamquam & tunc ex parte imperatum ieiunium  
sit nam cum alia munda & alia dicuntur immunda. et  
in archano deinde mundis bina de mundis introducuntur  
in paria & utique in mundorum usus ablati sit. ne sine  
causa dicerentur immunda. Ex parte ieiunium dedica-  
tum est. docens abstinentiam omnium incorporandam re-  
uisione. Cur perdidit esau primogenita sua. nonne  
propter cibum. In patientiam quoque guilae lacrimas emen-  
dare non potuit. Eiectus de egipto populus israhel. et  
in terram repromissionis lacte & melle manantem in-  
troducendus. egiptias carnes & pepones. alta quae de side-  
rat utinam inquit obissemus percussi ad domino intra



aegypti quando super illas carnum sedebamus. Et iterum  
 quis nos uestet car-nibus. uener in mentem nobis pisces quos  
 in aegypto comedebamus. <sup>scilicet</sup> & cucumeres & pepones & porri  
 & cepae & alia & nunc anima nostra arida nihil nisi in  
 manna oculinri. Si angelorum cibum contempnentes  
 carnes aegyptias suspirabant. / morfes quadraginta dieb;  
 & noctibus ieiunus in monte sina. Etiam tunc probans  
 non in pane solo uiuere hominem. sed in omni uerbo di  
 Cum dno loquitur. Populus autem satur idola fabricabat. / *saturus*  
 ille uacuo uentre legem accepit. scripta digito dni iste  
 manducans et bibens consurgensq; ludere aurum conflat  
 in uitulum & aegyptium bouem preest dni maiestati.  
 Tot dierum labor unius hore saturitate perit. frangit au  
 dacter morfes tabulas sciebat enim di sermonem. Non  
 posse audire temulentus. In crassatus est & pinguis factus  
 est & dilatatus est. & calcitrauit dilectus. Et dereliquit  
 dnm qui fecerat eum & abscessit adno saluatore suo. unde in  
 eodem deuteronomio praecipitur. Necum manducaberis &  
 biberis. & domas optimas edificaberis. ouibus & bobustuis  
 multiplicatis. & argento & auro. ex tollatur cor tuum  
 & obliuiscaris dni di tui. Deniq; manducabit populus  
 & in crassatum est cor eius. ne uideret oculis & audiret  
 auribus & corde coniceret. & uultu ieiunante moise. &  
 iuxta hebraicam ueritatem dni confabulatione cor nutu  
 pastus & pinguior populus sustinere non potuit. Quam  
 obrem. & dns nr atq; saluator. Non ob indifferentiam uir  
 ginitatis & nuptiarum ut quidam putant. sed ob ieiun  
 orum consortia morse & heliae. trans figuratus in monte  
 se ostendit in gloria. quam quam morfes & helias tripu  
 proprii legis pph&arumq; monstra uerit. sicut manifeste  
 euangelii scriptura testatur. Dicebant ei exitum  
 quem impleturus erat in hierusalem. / passionem enim  
 dni. non uirginitas & nuptiae. sed lex nuntiat & pro  
 pheta. Quod si contentiose in morsem nuptias in helia  
 uirginitatem dixerit demonstrari. breuiter audiat.



morsen mortuum & sepultum. heliam igneo curru raptum.  
**XIIII** **A**nte<sup>m</sup> mortalem coepisse esse quam mortuum. Sed nec se-  
cunda conscriptio tabularum. absq; ieiunio potuit impe-  
trari. quod ebrietas perdiderat. In edia repperit. Unde osten-  
ditur possenos p ieiunium redire in paradysum. Unde per  
saturitatem fueramus eiecti. In exodo. aduersus amalech.  
oratione morfi & totius populi usq; ad uesperam ieiunio  
dimicatum est. Iesus filius nauẽ stationem soli impe-  
rabit & lune. Et in ediam plusquam unius diei. uictoris  
exercitus protelabit. saul sicut in regnorum primo libro  
scribitur. maledictus inquit qui panem ediderit usq; ad  
uesperam donec ulciscar<sup>m</sup> de inimico meo. Et non gustabit  
omnis populus eius & tota terra prandebat. Tanta que  
fuit auctoritas stationis semel dno destinatę. ut iona-  
thani. qui causa uictorię extiterat deprehenderetur. fofte.  
& ignorantia crimine dedinare non possit. patri usq; in se  
concitare & manum. & uix populi præcib; saluaretur.

**H**elias quadraginta dierum ieiunio preparatus dnm uidet  
in monte choreph. & audit ab eo. quid tibi helia. multo  
familiarior ista uox quam illa in genesis. adam ubi es. illa  
enim pastum terreat & perditum. hæc ieiunanti famulo  
blandiebatur. congregatum samuhel populum in mas-  
phat. indicto ieiunio roborauit. & fecit hostibus fortiosum.  
asiriorum impetum. & potentiam sen<sup>m</sup> certim ezechie  
regis lacrimę saccus & humiliatio uictus fragit. pro-  
strauit & uicit. & contrario ciuitas nimue imminentem  
iram dñi. ieiuniorum miserationem deorsu sit. quam & sodo-  
ma placasset & gomorra. si uoluissent agere penitentia.  
& lacrimis penitentię. patrocinate conciliare ieiunio.  
acab rex impius sim<sup>m</sup>. ut sententiam dñi subter fugeret. euer-  
sio domus ei diffestur in posteror ieiunio impetrauit &  
sacco. Anna uxor helcanę. in anem cibo uentrem filio  
meruit implere. periclitantur in babilone magi. omis  
iector. & ariolus. & arus pex ceditur. danhel & tres  
pueri reuelationem merentur ieiunio. & pasti legu

Helias



minibus pulchriores sunt. & prudentiores his quidem ensa  
 regis carnibus uescebantur. deinde scriptum est. quod  
 danihel tribus ebdomadibus ieiunauit. panem suauem  
 non comederit. Caro et uinum non intrauerunt os eius.  
 oleo unctus non sit. & uenerit ad eum angelus dicens. Da  
 nihel homo miserabilis es. qui dno miserabilis apparuerat.  
 Post ieiunium. leonibus in lacum fuerat horribilis. quam pulchra  
 res. quae placat dnm. leonibus mitigat. demones terret. mittit  
 ad eum. licet hoc in hebraicis uoluminibus non inuenimus.  
 ab acuemessoribus prandium portans. talem enim discipulo  
 rum. In edia meruerat. ob domadis dauid perichitanti filio  
 post adulterium ΕΖΟΜΟΛΟΓΗ C I N Incinere & ieiunio  
 fecit dicens. quia cinerem sicut panem manducaui. & po  
 tum meum cum flexu miscebam. & infirmata sunt in ieu  
 nio genua mea. Et ceteram audierat anathan. dñs  
 abstulit a te peccatum hoc.

**S**amson & samuhel uinum & sicut non bibunt. eras enim  
 filius promissionis. & per abstinentiam ieiuniumque concepti.  
 aaron & ceteri sacerdotes in gressuri templum. omne  
 quod potest in ebriare non potant. nemorianur.  
 Ex quo intellegimus. moriens qui in ecclesia non sobrii mi  
 nistrauerunt. quam obrem exprobat. israheli. potum  
 dabit. nazareis meis uinum. Ionadab filius recab. praece  
 pit filiis suis ut non biberent uinum usque in aeternum.  
 Quibus cum offerret hieremias ut biberent. ut illi bibere  
 noluerunt. Loquitur dñs per prophetam. qui aob audistis  
 precepta ionadab patris uris. Non deficiet uir de stirpe io  
 nadab. Filius recab stans. in conspectu meo cunctis diebus. in  
 foribus euangelii. Anna filia fanuhelis. uni uira indu  
 citur. semper ieiunans & dnm uirginem. longa castitas  
 longaque ieiunia. suscipere meruit. precursor eius & pco  
 iohannes. lacisti salutar. & siluestri melle. non carnibus.  
 habitatioque deserti. & in conabula monachorum. talibus inco  
 antur alimentis. Sed & ipse dñs. baptisma suum. quadra  
 ginta dierum ieiunio dedicauit. & acriora demonia



docuit non nisi oratione & ieiunio posse superari. Cornelius centurio ut spm scm acciperet antequam ad baptisma ueniret elemosinis meruit crebrisq; ieiuniis; Paulus apostolus post famem ac sitim & ceteros labores suos & pericula latronum naufragis sollicitudinibus crebre ieiunia enumerat. Et discipulo timotheo dolenti stomachum & infirmitates plurimas sustinenti suadet uini modicam portionem. Iam noli inquit bibere aquam. Cui autem dicit Iam noli aquam bibere ostendit eum aquam antepotasse quod non concederet nisi crebre infirmitates & dolor stomachi postulassent; reprobat quidem apostolus eos qui prohibent nuptias. Et iubebant cibis abstinere quos dñs creauit ad utendum. Cum gratiarum actione. Sed martionem designat & tatianum & ceteros hereticos qui abstinentiam indicunt perpetuam ad destruenda & contempnenda & abhominanda opera creatoris. Nos autem & creaturam omnem laudamus & macie saginae abstinentiam luxurie ieiunia preferimus saturitati. Uir quippe in laboribus laborat sibi & uim facit in interitum suum; Et a diebus iohannis baptiste ieiuniorum & uirginis regnum caelorum uim patitur & uiolenti diripiunt illud. Timeamus enim ne ab aduentu aeterni iudicis sicut in diebus diluuii & uersionis sodomae & gomorrae deprehendamus manducantes & bibentes & nubentes & nuptias tradentes. Nam & diluuium & ignis ex caelo saturitatem pariter & nuptias quas deleret inuenit.

**XVII** Nec mirum si omne quod in macello uenditur apostolus enim iubeat & comedi cum idolatris & adhuc in templis idolorum quasi idolatritia uescentibus pro summa abstinencia fuerit cibis tantum abstinere gentilium. Quod si loquitur ad romanos is qui manducat non manducantem non spernat. Et qui non manducat manducantem non iudicat. Non in ieiunia & saturitatem aequalia merita dispensat. sed contra eos loquitur qui in xpo credentes adhuc iudaei habant. Et eos qui ex gentibus crediderant monet. Ne scandali hant

ieiunatoris.



34

illos cibos qui adhuc infide Infirmiores erant. Denique & in  
consequentibus hoc ipsum sonat. scio & confido in dno ihu  
quod nihil commune per ipsum est nisi ei qui existimat quod  
commune esse illi commune est. Si enim propter cibum  
frater tuus contristatur. iam non secundum caritatem  
ambulas. noli cibo tuo illum perdere pro quo xpi mortuus est.  
Non ergo blasphemetur bonum nr̄m. Non est enim regnum di  
esca & potus. Hac ne quis putare & deieunus hoc dici & non  
desuper stitione. Iudaica statim edisserit. alius credit  
manducare omnia. qui autem infirmus est holera mandu  
ca. Et rursus alius iudicat diem plusquam diem. alius  
iudicat omnem diem. unusquisque in suo sensu habundat.  
Qui sapit diem dno sapit. & qui manducat dno manducat. Grati  
as enim agit dno. & qui non manducat dno non manducat &  
gratias agit dno. Qui enim adhuc infirmi erant infide.  
Et alias carnes mundas. alias arbitrabantur immundas. et in  
diem & diem esse aliquid aestimabant. uerbi gratia. scitius  
esse sabbatum & neomenias & scino phrygiam. quas reliquos  
dies. iubentur holera manducare. quae indifferenter come  
dentur ab omnibus. qui uero firmiores erant fidei. omnes car  
nes & omnes dies. aequales esse credebant. Illud autem quod  
ponere ausus est dnm uoratorum & potatorum uini a pharisaeis  
appellatum. Et qui ad epulas iert nuptiarum & conuiuia  
non dispexerit peccatorum. aestimo quod nobiscum faciat.  
Iste enim est dns ut arbitraris uorator qui quadraginta diebus  
xpi anorum ieiunium scificabit. qui beatos appellat esurien  
tes & sitientes. quiescam habere sedicit. Non quam discipu  
li suspicabantur. sed quae in perpetuum non periret. qui de  
die in crastinum cogitare prohibet. qui cum esurisse & sitis  
se dicatur. & isse frequenter ad prandia. excepto misterio  
quod in tripum suae passionis expressit. & probandi corpo  
ris ueritatem. nec gula scribitur seruasse. nec uentri.  
qui diutem purpuratum propter epulas narrant in tataro.  
& lazarus pauperem ob in eadum in sinum dicit esse habra  
hae. qui quando ieiunamus unguere caput. & lazari precepit



faciem ut in gloria hominum sed dno ieiunemus. Qui comedit  
quidem post resurrectionem piscis assiparum & fauam non  
propter esuriam & gutturis suauitatem. Sed ut ueritatem sui  
corporis conprobaret. Nam quotiens cum que mortuum  
suscitauit iussit ei manducare clarinere sur ratio fantasma  
putaretur. & Lazarus post resurrectionem ob hanc causam  
scribitur cum dno inisse conuiuium. Ne hoc dicimus quod  
negemus pisces & cetera si uoluntas fuerit in cibo esse sumen  
da. Sed quo modo nuptis uir ginitatem. ita saturitati & carni  
bus ieiunia spmque preferimus. Si autem petrus hora sexta pran  
surus ascendit in cenaculum. fortuita esuries non facit pre  
iudicium ieiuniorum. hoc enim modo & dñs qui ad pitam  
samaritanæ hora sexta sessus resedit. & bibere uoluit omnibus  
incumbit necessitas uelint nolint hoc tempore bibendi potu  
it autem fieri ut uel sabbatum esset uel dies dominicus  
& post bidui triduiq; ieiunium hora sexta esurierit. Num  
quam enim crediderim apostolum si ante unum diem cenaue  
rit epdusq; distentus. Erat alterius diei esurisse meridiæ  
quod si cenauit pridie & sequenti die esuriuit ante pran  
dium. estimo quod non usq; ad satietatem comederit  
qui tam cito potuit esurire. Porro per isaiam dñs loquitur.  
quod non tale ieiunium elegerit dicens. In diebus enim ie  
iuniorum uros inueniunt uoluntates uræ & subiec  
tos percutitis & iniudicia & inlites ieiunatis. & ceditis  
pugnis. Non tale ieiunium elegerit dicit dñs quale elegerit  
docet. Frange esurienti panem tuum & pauperem sine  
tecta induc in domum tuam. Si uideris nudum uesti &  
domesticas seminis tui non dispicias. Non igitur ieiuniū  
reprobauit sed quale uelit ostendit neq; enim uentris esu  
ries accepta est dno quam lites & rapinae & libidines destru  
unt. Si non uult ieiunium dñs. quomodo in leuitico pcepit  
ut septimomensis & decimamensis omnis populus ieiunet  
usq; ad uesperam. et qui non adfluxerit animam suam  
moriatur & ex terminet de populo suo. quare sepulcra  
concupiscentiæ ubi carnib; deditur populus ruit usq;



hodie insolitudine perseverant. Et crassus populus or trigom & tra  
 scribitur ad chalonem usque ructasse. Cur homo di ad cuius pro  
 phetiam manus aruerat regis hieroboam qui manducauit con  
 tra edictum dñi ilico percussus est. Et leo quia sinam custodi  
 uit intactam propheta leuantise de prandio non peperit.  
 Qui ieiunus miracula fecerat pransus ilico saturitatis penas luit.  
 Sed & iohel clamitat scificate ieiunium prae dicate curationem.  
 ut monstraretur ieiunium Scificari ceteris operibus. & scifi  
 catum ieiunium curationi proficere peccatorum. Quomodo  
 autem uirginitati uere non p iudicat imitatio uirginum diaboli.  
 ita & ueris ieiuniis castum isidus & sibille. & quorundam ciboz  
 in aeternum abstinentia. Maxime cum aput illos ieiunium  
 panis sagina carnum compensetur. & sicut signa quae faciebat  
 moyses imitabatur signa aegiptiorum sed non erant in ueritate.  
 Nam uirga moysi uirgas magorum deuorabat. Ita et omnia quae in  
 emulationem dñi facti habulus non religioni nostrae. supersti  
 tio sed nra asguitur negligentia id nolentium facere quod bonum  
 esse & iam seculi homines non ignorant. **XVII**

**H**inc utitur propositio mb, iouiniam. quarta propositio quae  
 & extrema duos esse ordines ouium ethircorum alterum iustoz  
 alterum peccatorum. alios stare ad dextris. alios a sinistris &  
 audire iustos. Venite benedicti patris mei possidete praepa  
 tum uobis regnum a constitutione mundi. Peccatoribus uero  
 dicit discedite a me maledicti in ignem aeternum qui paratus  
 est diabulo & angelis eius. Arborem bonam non posse fructus  
 malos facere. nec malam bonos. Unde & saluator loquitur  
 ad iudgos. uos de patre diabolo estis. & concupiscentias patris  
 uestri uultis facere. Decem uirgines proponit stultas atq;  
 sapientes. & quinq; oleum non habuerunt remansisse extrin  
 secus. alias uero quinq; quae sibi lumen bonorum operum pra  
 pararunt thalamum intrassecum sponso ascendit ad dilu  
 uum & ait qui erant cum no e. iusti seruati sunt. Qui uero  
 peccatores. omnes in commune perierunt. aput sodomam  
 & gomorrham exceptis duob; gradibus bonorum et maloz  
 nulla diuersitas Inuenitur. qui est iustus eripitur. qui pec



peccator pari uorator incendio. Una salus liberatis unus interitus remanentibus. ne paululum quidem a iustitia deducendum inditio est uxor loth. Si autem inquit mihi oppinif quare iustus labores in pace. aut in persecutionibus si nullus profectus est. nec maiora premia scias hoc eum facere. non ut plus quidem mereatur. sed ne perdat quod accepit. In aegypto quoque decem plagas aequaliter omnes sentiunt peccatores. & similes tenebrae dno & seruo nobili & ignobili regi imminent & uulgo scis uero di & populo isrl. una erat lux sed et in mari rubro. iusti pariter transeunt. peccatores pariter obruuntur. Sexcenta milia <sup>hominu</sup> excepta inbecilla aetate & sexu. in deserto aequaliter ruunt. & duo qui iustitia pares erant. aequaliter liberantur. per quadraginta annos cunctus israhel similiter & laborat & moritur. Comor mannae uniuersis aetate; una in cibo mensura est. uestitus pariter non differuntur. capilli simul non augentur. barba in comune concreuit. calciamenta aequo omnibus durant. Non in calluere pedes. cibos in ore cunctorum aequaliter sapit. ad unam enim mansionem pari labore & mercede pergebant. Omnis hebreus aequale habet pascha. aequales scenofegias. aequales sabbatum. aequales noem enias. septimo requietionis anno absque personarum discretionem dimittitur. & in iubeleo uniuersa cunctis debita relaxantur. atque ad antiquam possessionem uenditor redit. parabolam autem in euangelio seminantis. In qua inter bona centesimus & sexagesimus. & tricesimus fructus exortur. It e contrario inter mala triplex sterilitas uarietas indicatur. In duos ordines diuidit bona & terrae male. & quomodo a postolis pro relictis filiis & uxoribus. In alio euangelio centies. <sup>in alio</sup> septies in alio. dñs repromittit. & in futurum uitam aetnae. Nulla que distantia est inter centum & septem. sic et in hoc numero non facere pra iudicium. ubi unius terrae fertilitas praedicatur. praesertim cum euangelista marcus retrorsum numeret & triginta sexaginta & centum dicit dñs. qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum. in me manet &



ego in illo. sicut ergo sine aliqua differentia & gradibus. xps in nob  
 est. ita & nos in ipso sine gradibus sumus. Omnis qui diligit me sermo  
 nem meum seruat. & pater meus diligit eum. & ad eum ueniemus.  
 & mansionem facimus apud illum. qui iustus est diligit. Qui dili  
 git uenit ad eum pater & filius & in eius habitat hospicio. ubi  
 autem eius cernitur habitat. puto quod nihil de esse possit  
 hospiti. si autem dicit multa & mansiones. apud patrem meum.

Non in regno celorum diuersas significat mansiones. Sed eccle  
 siarum in toto orbe numerum. quae constat una per septem.  
 uado inquit & preparo uobis locum. non loca. Num ergo si haec  
 re promissio proprie duodecim apostolorum est. Ergo pau  
 lus exclusus est de hoc loco. & electionis uas super fluis putabitur.  
 & indignus. Iohannes & iacobus. qui plus petierunt ceteri non  
 petrauerunt. Et tamen non est eorum dignitas imminuta.  
 Quia reliquis apostolis aequales fuerunt. nescitis quia corpora  
 ura templum est sps sci. Templum inquit estis. non tepla  
 ut similiter habitantorem in omnibus ostenderet dnm non p  
 his tantum rogo. sed & pro illis qui credituri sunt in me.

Ut sicut ego pater in te. & tu in me unum sumus. Ita et om  
 nium sint in nobis. hoc est quasi filii karissimi. diuinae confor  
 tes naturae. sponsa. soror. mater. Et quaecumque alia putaueris  
 uocabula. unius ecclesiae congregatio est. quae nunquam est  
 sine sponso. fratre filio. unam habet fidem. nec constupratur  
 uarietate dogmatum. nec heresibus scinditur. uirgo per  
 manet. quocumque uadit agnus sequitur illum. sola nouit  
 cuncti cum xpo. si autem <sup>mibi inquit</sup> opposueris. stella ab stella defest in da  
 ritate. Audies differere stellam ab stella. hoc spirituales ac ar  
 nibus. omnia membra aequaliter diligimus. nec oculum  
 preponimus digito. nec digitum auriculae. sed singulorum  
 amissione membrorum. communis dolor est.

Aequaliter introimus hoc seculum. & aequaliter de eo egre  
 dimur. unus adam terrenus. & alter caelestis. qui in tre  
 no fuerit a sinistris est & peribit. Qui in caelesti ad dextris  
 est & saluabitur. Qui fatu & fratri dixerit. & racha reus  
 erit gehennae. Et qui homicida fuerit & adulter mittit

¶ Gloriam quam dedisti mihi dedi eis. dilexeris sicut me dilexisti. Et quomodo nos sumus pater.  
 & filius & sps sci. unus dñs. sic & unus populus in nobis sit.



similiter in gehennam. In persecutione qui incenditur qui suffocatur qui decollatur qui fugerit qui in carcerem indusus obierit. Uaria quidem luctus genera sed una uictor coronae est. Inter eum fratrem qui semper cum patre fuerat & qui postea penitens est receptus nulla diuersitas est. Operarius prime horae & tertiae & sextae & nonae & undecimae unus denarius aequaliter redditur & quomagus admiseris ab his incipit praemium quod minus in uinea laborarant. Huc usque propositionibus usus est Iouiniani his & huiusmodi diuinarum scripturarum testimonis quae ad praesertim ueritatem dogmatis sui. Callidus disputator indinat quis non temptetur & iam electorum domini & quod Iohannis apostolus ante christos dicit uenisse multos. haec uera est ante  
an. d. xpi predicatio quae inter ipsum Iohannem et uiam penitente nullum facit esse distantiam. simulque miror quomodo serpens lubricus & protheus noster in uariarum semute & portenta formarum qui enim in choitu & insaturatione aepicurus est. subito in retributione meritorum stholicus efficitur. Hierosolimam scitio iudeam et pro xpm Zenone commutat. si non licet uirtutibus paululum declinare & omnia peccata sunt paria eiusdem criminis reus est. qui panem esuriens subrepperit & qui hominem occiderit. Tu quoque maximorum scelerum reus teneberis. Porro aliud est stholicas neminima quidem habere peccata. & cum omnes apostoli & prophetae & sci. Juxta id quod in secunda propositione disseruiscator et esse se plangunt solus de iustitia gloriaberis. ante nudo et a pede modo non solum calciato sed & ornato. Tunc peratonica & nigra subucula uestiebaris sordidatus & pallidus & callosam operagestans manum non clineis & sericis uestibus & atrabarium hac laudis. Inclumentis ornatus Incedis. Rubent buccae nitec cutis capilli Inocipitum frontem que tor nartur. pteritus est aqualiculus. Insurgunt humera turge guttur & de boe sis faucibus uixtus foeta uerbi p mun tor. Certe tanta diuersitate uictus a que uestitus necesse est aut ibi aut hic esse peccatum non quod peccatum. Incibo aut in ista bus. adseruon sed quod uarietas & commutatio in deserius reprehensio in proxima sit quod reprehenditur uirtute procul est.

scitia.

quoniam.



57

quod a uirtute procul est. uicio mancipatur. quod uiciosum  
arguitur. peccato iungitur. quod peccatum est. iuxta tuam  
sententiam in sinistra parte. & hircorum gregem ad scribitur.  
aut seueriter igitur ad amicum propositum. ut uis esse possis  
ad dextris. aut si pro se sententiam <sup>pubra</sup> praua penitentia commutabis.  
uelis. nolis. quamquam barbaram raseris. Inter hircos numera  
beris. Verum quid prodest. luscum uocare luscum. & accusatoris  
docere in constantiam cum propositioinum series deludenda sit.  
oues & hedos. ad dextra. & sinistra duos iustorum & peccatorum  
esse ordines non negamus. arborem bonam fructus malos non  
facere. nec malam bonos. nulli dubium est. Decem quoque uir  
gines sapientes & stultas in bonas malas quae diuidimus.  
in diluuiio liberatos iustos & peccatores a aquis obrutos non  
ignoramus. In sodoma & gomorra. ereptum iustum. &  
impios igne consumptos omnibus perspicuum est. Decem  
quoque plagis percussam aegyptum. & isrl. fuisse se suos pitem  
nouimus. in mari rubro transisse iustos & impios. & farao  
nem cum suo exercitu dimersum etiam. <sup>in</sup> scolis cantant paruuli.  
sescenta milia in deserto cecidisse quia incredula fuerint.  
& duos tantum terram re promissionis intrasse. scrip  
tura docent. & reliqua quae usque ad operarios uinea induos  
bonorum & malorum ordines descripsisti. sed quale est ut  
quia inter bonos & malos diuisio est. tu ad seras inter ipsos  
bonos uel e contrario malos. nullam esse distantiam. nihilque  
differre. utrum in pecore aliquis aries sit an ouicula utrum  
primam lanam habeat an secundam. utrum scabidum pe  
cussit. an morbidum. an uegetum. atque subsultans. maxi  
me cum in ezechiel oues rationabiles induerit itatem.  
inter pecus & pecus suae prophetae auctoritate demonstrat.  
**E**cce ego iudicabo inter pecus & pecus. & inter aries &  
inter hircos. & inter pecus pingue & macilentum. pro  
eo quod lateribus. & humeris in pingetis. & cornibus uestris  
uentilabatis omnia infirma pecora donec dispergerent.  
& ut sciremus quae ista sint peccora. statim intulit. uos  
autem greges mei. greges pastuam eae homines estis.

parua

in diluuiio.



idipsum ergo erit paulus. & ille penitens qui cum patris  
uxore dormierat. qui in ecclesia post penitentiam  
receptus est. & qui simul adextris in eadem cum apos-  
tolo claritate fulgebit. & quomodo in uno agello usq; ad  
messem & consummationem mundi. & hanc pariter  
frumenta que con cresunt. qua consequentia pisces boni  
& mali. in sagna xpi. & in rocia euangelica continentur.  
Cur in tripo ecclesie idest in arca noe. diuersa animalia  
& pro qualitate meritorum. diuersesunt mansiones. Cur  
adstitit regina adextris dni in uestitu deaurato. cur cum  
data uarietate. Cur ioseph in forma xpi uariam habuit  
tunicam. Cur apostolus loquitur ad ro manus unicuiq; scdm  
quod dns diuisit mensuram fidei. sicut enim in uno corpore  
multa membra habemus. omnia autem membra non eundem  
actum habent. ita multi unum corpus sumus in xpo.  
singuli autem alter alterius membra habentes autem do-  
nationes secundum mensuram fidei differentes. Siue pro-  
phetiam secundum mensuram fidei. Siue ministerium in  
ministrando. Siue qui docet in doctrina. qui exortatur  
in exortando. qui tribuit in simplicitate. qui preest in sol-  
licitudine & cetera. Et in alio loco. Alius iudicat plus qua  
diem. Alius iudicat omnem diem. unus quisq; in suo sensu  
habundat. Et ad corinthios. Ego plantaui. apollo rigauit.  
sed dns incrementum dedit. Itaq; Neq; qui plantat est  
aliquis. neq; qui rigat. sed qui incrementum dat dns.  
qui plantat & qui rigat unum sunt. Unus quisq; autem ppro-  
prium mercedem accipiet secundum suum laborem. dni  
enim sumus adiutores. dni agricultura. dni edificatio  
estis. Et rursum alibi secundum gratiam di quaedata  
est mihi quasi sapiens architectus fundamentum posui.  
Alius autem super edificat. fundamentum enim aliud ne-  
mo potest ponere. preterquam quod positum est. qui  
est ihs xps. Siquis autem <sup>sup</sup>edificat super fundamentum  
*hoc* aurum. argentum. lapides preciosos. ligna. fenum. stipula.  
unus cuiusq; opus apparebit. Dies enim illud manifestabit



quō in igne reuelabitur. & singulorum opus quale sit ignis  
 probabit. sicut opus manserit quod super ædificabit merce  
 dem accipiet; Sicut autem opus arserit. detrimentum susti  
 nebit. ipse autem saluus erit sic tamen <sup>quasi</sup> per ignem. Si is cuius  
 opus arserit & perit & damnū sustinuit laboris sui.  
 perdit quidem operis premium. sed ipse saluabitur. non  
 tamen absq; probatione ignis. Ergo is cuius opus manserit  
 quod super ædificabit sine ignis probatione saluabitur.  
 Et inter saluationem & saluationem erit utiq; aliqua  
 diuersitas. Nec non & in alio loco. sic nos inquit existimā  
 homo quasi ministros xpi. & dispensatores misteriorū  
 eius. & hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis  
 quis inueniatur; Uis scire quō inter dispensatorem  
 & dispensatorem sit multa distantia. non dico de malis  
 & bonis sed de ipsis bonis qui ad dextram stant. Audi  
 consequentiam. nescitis quō qui in sacrificiis operantur.  
 de sacrificiis comedunt. qui altero seruiunt. de altero  
 participantur; Sic & dñs disposuit his qui euangelium  
 adnuntiant de euangelio uiuere; Ego autem non abutar  
 horum aliquid. non scripsi autem hæc ut sic fiant in me.  
 Melius est mihi mori. quam ut gloriam meam quis euacuet.  
 Si enim euangelizauero. non est mihi gloria. Necessitas quippe  
 mihi incumbit. Uæ enim mihi est. nisi euangelizauero.  
 Nam si uoluntate hoc fecero mercedem habeo; Si autem no  
 lens. dispensatio mihi credita est; quæ ergo merces mea  
 ut euangelizans sine sumptu ponam euangelium xpi.  
 ut non abutar potestatem quæ mihi data est in euangelio.  
 Cum enim essem liber ex omnibus hominibus meis seruum  
 feci. ut plures lucrifacerem; Numquid potes dicere  
 peccare eos. qui uiuunt de euangelio & de sacrificiis par  
 ticipantur. utiq; non. Dñs enim disposuit. ut qui præ  
 dicant euangelium uiuant de euangelio; Apostolus  
 autem qui non abutitur hac licentia. sed laborat mani  
 bus suis. ne quem grauet & die ac nocte operatur. &  
 ministrat his qui secum sunt. utiq; ideo hoc facit. ut



plus laborans plus aliquid mercedis accipiat. Curramus ad  
reliqua: diuisiones autem gratiarum sunt. idem autem  
sp̄s. & diuisiones ministeriorum & idem dñs. & diuisio  
nes operationis. idem autem dñs. qui operatur omnia in  
omnibus. unicuique autem data est adaperatio sp̄s. iuxta  
id quod expedit. & iterum. sicut enim corpus unum est  
& membra plurima habet. omnia autem membra corporis  
cum sint multa. unum est corpus. sic & xp̄s. uerum necdicas  
in uno corpore diuersa membra unum haberemertum.  
statim gradus describitur ecclesie & ait. Quosdam qui  
dem posuit dñs in ecclesia. primum apostolos. secundo pro  
phetas. tertio doctores. deinde uirtutes. & gratias curatio  
num. ep̄tulationes. gubernationes. generalinguarum.  
**N**umquid om̄ apostoli. Numquid om̄ p̄phetæ. Numquid om̄  
doctores. Numquid om̄ uirtutes. Numquid om̄ gratiam  
habent curationum. Numquid om̄ linguis locuntur.  
Numquid <sup>om̄</sup> interpretantur. Emulamini autem dona ma  
